




INCUNABULI
E
6
27
Biblioteca Nazionale
Centrale - Firenze












Reuerendi fratris Baptistae mantuani Carmelitae de patientia aurei libri tres.



HELIAS CAPREOLVS BRIXIANVS IOANNI TABERIO. S.



n Isi uana sit Pythagoræ palingenesia: Maronē nobis alterum hæc ætas rediuiuum pduxit Baptistā hunc Mantuanum: qui uirtute poetica synchronos oēs: ex antiquis etiam complures a se longe reliquit. Cæterum uetustatis reuerentia: operum multitudine: elegātiaq; Virgilius sit extra aleam: oīum quasi pontifex maximus. Ille tñ res humanas: hic noster diuinas cecinit: nullo præsertim inuitatus mecœnate: sui tantū ipsius: nō alienus imitator: In calamitatibus q̄ grauis & magnificus: In gemina parthenice nemo non putet secreta illum colloquia: quasi Numam aut Mosen potius alterū cælitus habuisse: Idem disciplinarum oīum scientissimus: uitæ seueritate: morumq; sanctimonia uniuersæ religionis carmelitanæ rector patrum decreto constitutus est. Quod si. L. Sylla apicem felicitatis suæ Metelli pii amicitiā reputauit quanto nos Taberi amantissime iustius inuicem gratulari possumus tanti hoīs præcipuam beniuolentiā consecuti? Qua nihil equidem gratius pretiosiusq; in rebus nostris duxerim: Scis tu quotiens nos impendentium bellorum tempestatem conquerentes: qua uerborum serenitate præsens confirmaret. O magnum amicitiæ numen. Excogitauit homo diuinus quo pacto etiam consolaretur absentes. Petrus neuolarius dignissimus tali præceptore discipulus: Inter carmelitas theologus concionator: eloquentia: moribus doctrinaq; admirabilis: aureum illius de patientia libellum ad nos Brixiam nuper attulit: oīs molestiæ præsentaneum medicamentum: quem quum legimus.

hoc Virgilianum fortiter exhibemus. Quo fata trahunt: retrahuntq; sequamur: Quicquid erit superanda omnis fortuna ferẽdo est. Te ergo Taberi suauissime: qui degis in musarum contubernio: natura & arte ad ea quæ huma nitatem exornãt: accõmodatior: opus ipsum: etiam si sub inuito forte authore: publico tamen usui exponendum cures: obsecro. Rem Gaspari quoq; brunello optatissimã qui ut est acri in politicis ingenio: grauissimo consilio: lit teratura non mediocri: ita eruditissimum quenq; fouet: Baptistamq; in primis ut diuum fauorabiliter obseruat. Omniũ deniq; amicorũ desyderio: immo studiosis oĩbus satisfeceris. Spero. n. per hoc audebunt ad ingruentis for- tunæ nunq̃ perpetuo bonæ iniurias Horatio libenter cõ cinere: Quo circa uiuite fortes: fortiaque aduersis oppo nite pectora rebus. Vale. Brixiæ. iiii. Nonas Decembres M. cccc. xc. vi.

INDICES LIBRORVM.

REVERENDI Fratris Baptiſtæ Mantuani Carmelitæ Iſagoges ad patientiam liber ſecundus.

REVERENDI Fratris Baptistæ Mantuani Carmelitæ Theologi isagoges ad patientiā Liber tertius.

FINIS.

VENERANDVS Frater Baptiſta Mantuanus Carmelita Franciſco Fantucio.S.P.D.

c Arolus Antónius uir clariſſimus pater tuus ꝙ eſſet bonarum artium ſtudioſus hoĩum litteratorum congreſſibus utebatur aſſidue: & ex familiaribus eorum colloquiis ſe inuenire dicebat unicum podagræ ſuæ remediũ. Ibam ego eo tpe frequenter ad eũ: & qa erat in monaſteriũ noſtrũ beneaſatus & ꝙ me(ut ſcis) præcipuo diligebat affectu. Ipſe autẽ ut erat ingenio claro ac uegeto: lingua diſerta ac eloquenti



mox ut cōſederamus:aliquē ex ſcriptura ſacra cuius lecti one mirifice oblectabatᷣ:locū afferebat: quo diutius(ſic n.aiebat)mutuo ſermōe frueretur:& ægritudinis ſuæ tor-tura minus angeretur: Ego domū reuerſus ſi quid aptius dixiſſe memineram: arrepto calamo confeſtim annotabā memor dicti euangelici:colligite fragmēta ne pereant:cu-pidus etiam ut ſicut ipſi ea quæ dixeramus adiumenti nō nihil attulerāt: ita ſi in ſcriptis redigerentᷣ ac legi poſſent etiam aliis ægrotantibus eſſent aliquādo ſubſidio.huiuſ-modi ergo ratiocinationes a me recognitas & ut edātur in librum tribus diuiſum uoluminibus modo redactas ti bi reſtituo.reſtituo inq̄:quod.n.erat patri donatum: de-betur & filio:& ei maxime filio:qui non diuitiarum tan-tum:ut maior pars hominū:ſed qui etiam ſicut tu: pater-narum uirtutum hæredem ſe conſtituat:ut uideatur a pa-rentibus in eum nedum ſecundum carnem : uerum etiam ſecundum ſpiritum deducta cognatio:Accipe igitur libel lum hunc:& eum ſucciſiuis temporibus aliquādo relegi to:ut uitæ huius moleſtias æquanimius feras:& accenda-ris alterius uitæ maiore deſiderio : quo & ad euitandum mortis metum:& ad huius mortalitatis incommoda per ferenda nullum eſt præſentius maiuſue remedium Viue igitur per quandiutiſſime : & ſic uiue:ut ſemper uideare patris uitam & mores æmulari:cui ad politicam felicitatē peripateticorum:id ſolum deerat:quod & Metello legi-mus defuiſſe:proſperam ſcilicet corporis ualitudinē:Sed hæc certe minus eſt deploranda iactura:ea potiſſimū ra-tione:ꝙ quantum adimit politicæ: tantum addit ueræ fe licitati : ad quam nobis aditum patefaciat gratia domini noſtri Ieſu Chriſti. Vale.

Venerandi Fratris Baptistæ Mantuani Carmelitæ Theologi ad Carolum Antonium Fantucium patricium bonoñ. Isagoges ad patiẽtiá: Liber primus & cap. primũ.

q Voniam opportunis ac frequẽtibus bñficiis huic nostro bononiensi cœnobio magnifice ac religiose collatis iam pridẽ tibi nos deuinxisti Carole Antoni uir religiose: uereor ne si te longo & graui podagræ morbo laborantem consolatus non fuero: de grauissimo ingratitudinis uitio possim accusari. Ná si iuxta doctoris & saluatoris nostri Christi salutare consilium tenemur iis etiá qui nos oderũt benefacere: quantũ quæso iis debemus: qui nos non solum amant: uerum etiam quottidianis elemosinis alere: & cõtinuo patrocinio fouere non cessant. Christus qui nobis & uitæ & salutis est author sicut in aliis oíbus studiosis actionibus: sic etiam in hoc exemplar est optimum. Ipse nanq: q̃diu nobiscum in hoc luctuoso peregrinationis exilio sub seruili specie uersatus est: eos a quibus plurimum amabatur: nõ dilexit tantum: uerum etiam docendo illustrauit: obsecrando attraxit: increpando correxit: exhortando animauit: miraculis firmauit: beneficiis illexit: & omni deniq officio curæ pastoralis custodiuit & fouit: & quoniam apud ægrotantes magni momenti esse ac plurimum ualere consolantium uerba cognoscebat: cum sponte ad passionem & ad locum passionis accederet discipulorum animis subita tẽpestate consternandis medicinam instituens Petro dixit & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: Magna certe est accommodati ad rem sermonis energia: & ad fir

mādos aīos: affectusq; regēdos ad sedandos et corporū dolores ægritudinūq; molestias grauis elocutio plurimū ualet: ppterea aplicæ disciplinæ documētū est: & author est Iacobus apłus ad ægrotantes debere pꝛ̄sbyteros uocari: & uerā religionē in uiduarū ac pupillorū uisitatione cōsistere. Sed ut ad xp̄i uestigia reuertamur: cum pp iudæorum sæuiciā relicta hierosolyma trans iordanē paululū diuertisset: audissetq; lazarum amicum grauiter ægrotare: uitæ suæ rōne posthabita: uadamus inquit apl̄is & iuuemus eum. Tantā igitur xp̄i iesu saluatoris nostri humanitatem & clæmentiam siquis (ut dignū est) tota mentis acie cōtempletur: tantæ beniuolentiæ suauitatē nō mirabit̄ solū uerūetiā ad talis p̄ceptoris imitationē accensus totū se in officia charitatis effundet : mīme tn̄ mirū est si ab illo in huiusmodi amoris uincamur officiis: nā ip̄e oīum nostrū est pater: nos autē sumus inuicē fratres: ac multo maior ē ut experimur assidue & natura ipsa cōfitetur patrū in filios: q̄ fratrum in fratres pietatis affectio. Quoniā igitur ipse p̄cepit: discite a me: si tacuero nec te languentē ingrauescente iam senio consolari: ac leuare tentauero: qūo ab illo didicisse uidebor: cuius uita sanctitas: cuius natura benignitas: cuius doctrina charitas fuit? Assimilarer pfecto non sine magno uirtutis & conscientiæ damno sacerdoti aut leuitæ illi: qui ab hierusalem in hierico descendēs percussum a latronibus hoīem & semiuiuū relictum sine misericordia: sine humanitate: sine cura p̄teriit. Malo igitur Samaritanum imitari qui lamētabili casu motus uinum ac oleum plagis infudit & prolata pecunia stabulario suo ī firmum commēdauit. Tentabo itaq; pro uirium mearum portiuncula: Vir optime te adiuuare : & artis meæ reme-

dia quantum deus dederit:tuis uulneribus applicare:phaleratum autem & ambitiosum sermonem explodētes humillimis ac familiarissimis colloquiis datatim utemur: ne forte sermonis insolentia & superbo dicendi fastu magis offensus accipias pro consolatione fastidiū.Sed iam unū consolationis nostræ caput afferamus:a communioribus exordientes:sicut Aristotele teste doctrinæ ratio postulare uidetur.

De morbi cognitione. Caput secundum.

S Anitatis exordium morbi cognitio est. Nam tum demum & ægrotans curari desiderat: & medicus sanare potest:cum & ille se infirmum & iste genus infirmitatis intelligit.Et omnem operationē quam aliquis appetitus siue naturæ: siue uoluntatis exercet ab aliqua cognitione præueniri necesse ē. perspicuum hoc in nobis qui quicquid uolumus ante cognoueramus:in pecudibus quoq;:illæ etenim neq; pabulum neq; coitum appetunt : nisi rerum huiusmodi aliqua uel tenui notione pulsentur:quæ uero sine cognitione uidentur operari:ut arbores:hæc a cognoscente aliquo necessarium est in opus dirigi : ideo a peripateticis dicitur opus naturæ intelligentiæ opus esse.Philosophi enim naturas rerum cognitione priuatas uolunt ab intelligentiis quæ uoluendis cœlorum orbibus a deo præfectæ sunt in opa dirigi:& aliena prudentia:ne operando peccent gubernari. Quo fit ut res insensibiles quales herbæ sunt & arbores & id genus alia : tanto minus in procreandis fœtibus suis errent : quanto perspicacioris naturæ

iuuantur ingenio. Nos aũt prudentiæ nostræ quæ tenuis est innitẽtes in operatione plerumq; decipimur.est igitur operi semper præuia cognitio:cognitione namq; uoluntas:uoluntate corpus excitatur:Tunc etiam cum quid agimus quod nec appetebamus neq; cognitione fueramus assecuti:ut cũ agricolæ ignorantes Thesaurum effodiunt quod fieri dicitur a fortuna:id quoq; nõ sine pcognitione contingit:præcognitione inq̃:non fodientis:sed cuiuspiam alterius puta Dei uel Angeli: a quo nesciens fossor mouetur & regitur: duplex igitur ut plurimum cognitio necessaria est ad curam:& medici.s.& ægroti. Propterea decem leprosis qui se infirmos cognoscentes:gratia curationis ad Xp̃m uenerant:dictum fuisse legimus.Ite ostendite uos sacerdotibus: ut infirmantium cognitioni iungeretur cognitio medicantis :Sicut igitur hi qui curandis corporibus p̃sunt : radicem morbi & causas infirmitatis priusq̃ manus adhibeant:altius inuestigant:sic nos quoq; qui a deo curandis animabus p̃fecti sumus:spiritualiũ languorũ causas & naturas scire nõ utile tm̃:sed ẽt necessariũ.

De duplici morbo hominis. cap.iii.

e T quemadmodum ex duplici substãtia corpore.s.& anima cõstat homo:ita duplex est hominis morbus : animi uidelicet & corporis:duo quoq; & medicorũ & medicinarum genera sunt.Vnum quo exterior: alterum quo interior homo curetur.Atq; ita infirmitati nostræ naturæq; defectui ꝓuidentia diuina quia nihil odit eorum quæ fecit : multiplex studuit adhibere

remedium. Plerumq; fit ut animi in corpus & item corporis in animum redundet infirmitas: tanta est enim corporis & animæ necessitudo: ut sua omnia bona ac mala: uelint nolint: inuicem communicent: propterea neq; sine animo corpus: neq; sine corpore animus beneualet in uita. Rei euidentia probationem excludit: quis enim non uiderit ægrotante corpore animum ægrescere. & animo male habente male affici corpus? & præcipue faciem. Nam cum in capite animalis omnium instrumẽta sint sensuum: omnis animi & corporis affectus in eo promulgantur: facies ira excandescit: metu pallescit: uerecundia erubescit tristicia obscuratur: gaudio serenatur. Neq; id in homine solum sed in brutis accidit. Canes rictu: equi auriculis: feles oculis animum ostẽdunt. hinc dicitur ab Ouidio. heu q̃ difficile est crimen non prodere uultu: Medici quoq; inter ea quæ ad conseruandá corporis sanitatem pertinẽt animi accidentia connumerant: q͏ uiderint has duas hominis partes omnia bona & mala more amicorum habere cõmunia: cum morbo animi corpus ægrotat: animum curato: & cum membrorũ & carnis uitio patitur animus: corpus sanato. Itaq; uidendum est priusq̃ ad curam ueniamus e corpore ne: an ex animo nascatur infirmitas: a causis enim incipiendum: ut arboris interitus non ex ramis sed ex radice petendus est.

De differẽtiis q̃busdá humanorũ defectuũ. cap. iiii.

[S]Piritualium & corporaliũ ægritudinũ in hoc est natura contraria: q͏ unusquisq; cum corpore ægrotat: & si non nunq̃ morbi speciem ne

scit:se tamen ægrotare perpendit: qui uero animo läguet ut cum superbiæ tumore insolescit: aut inuidiæ liuore contabescit:ut plurimum ægrotare se non uidet. Item corporis morbum in alio minus deprehendimus:at animi uicium in aliis magis q̄ in nobismetipsis perspicimus. hinc illud Horatii. cum tua peruideas oculis mala lippus inunctis. Cur in amicorum uitiis tam cernis acutum? & illud itē Persii. Vt nemo in se se tentat descendere:nemo:Sed præcedenti spectatur mantica tergo. & a Christo reprehenditur hypocrita qui festucam in oculo fratris uidens in oculo suo trabem non percipit. Amplius humanorum defectuum quidam incurabiles ut claudicatio:sterilitas. originalis cœcitas:hi morbi proprie uitia nominantur. Quidam uero nobis in uita accidunt:morbiq; dicuntur. Et hi quoq; duplices:quidam totius corporis. ut febris ac phthisis:quidam partis ut surditas ac cœcitas:est & quidam morbus leuis qui rebus agendis non est impedimēto: ut imbecillis & occulta febricula: quæ quia minus a patiente percipitur: a medicis neutralitas dicitur. Est & grauis qui a iureconsultis sonticus appellatur. ut febris prohibens hominem in iudicio comparere. Cum multis corporibus uitia connascuntur:ut cœcitas: sterilitas: debilitas: oris prauitas:& huius generis multa: morborum spiritualium nullus perpetuus: nam cum animo sicut nulla uirtus sic nullum nascitur uitium. libet enim hic a Platone dissentire:qui cum scientiarum habitibus uenire animas putauit in corpora. placet magis in Aristotelis uenire diatribam: cui placet animas cum uiuificandis corporibus sociantur: similes esse tabulæ puræ in qua nihil est pictum: nihil figuratum. magna igitur immo mirabilis inter recentia cor-

pora diſparitas eſt: & compoſitionum uarietas ienarrabi lis:inter aīas uero mox ut creatæ ſunt:nullū diſcrimen eſt: pares oriuntur: ſine uitiis & uirtutibus labuntur in corpo ra. Nec uerum qđ pythagorici fabulantur:eas ex corpore in corpus tranſmigrare: & hoīum regenerationem fieri. quam græci palingeneſian uocant: & corpora ſortiri præ teritis moribus ac præcedentibus meritis accommodata. Sunt tn̄ a natura etiam tum quum infunduntur animis no ſtris uires quædam potentiæq;:ut uis uidendi atq; audiē di:quæ ad operandum corporeis egeant inſtrumētis: hæ nimirum ſicut & opifices ſecundum inſtrumenti diſpoſi tionem operantur:uerum hæc in animo diuerſitas nō eſt: ſed in corpore:intellectus uero & ſi nullo corporis īſtru mento eget ad operandum: potentiis tamē ut phantaſiæ & æſtimatiuæ coniugatus eſt: quarum opatio certam cor poris partem & certam illius partis diſpoſitionem expo ſcit. intellectum igitur in operando ab ipſa phantaſia: phantaſia ab inſtrumento ſuo corporeo: quod in cere bro ſitum eſt:dependere non dubium: At inſtrumenti diſ poſitio nō unum ſemp habet tempamentū: ſed coeli & aeris: ciborū ēt & aliorum quæ ad diætam ptinent: quali tatem inſequitur. Propterea corporibus non uno ſemper modo affectis ac diſpoſitis:non uno ſemp modo imagi namur:recordamur:intelligimus:ſapimus:appetimus:non eaſdē ſemp uoluptates ſeqmur:nō eadē placent exercitia: nō hiſdē ſtudiis oblectamur: nō eadē īſomnia cernimus: pro quorū ēt uarietate ut docet hippocrates in libro de ſomniis:piti medicorū ſciūt de humorū dominio cōiecta ri: redundante enim ſanguine lætiores: felle inardeſcente acriores:pituita excreſcente pigriores: atra bile regnante meticuloſi & triſtiores efficimur. accipit ergo anima neq;

id dubium corporũ affectiones: & sibi cõiunctæ carnis ac circũstantium elementorum læsa contagio nescit in uotis seruare constantiam. Quod in brutis & uolucribus manifestius cernitur: iuxta illud Maronis nostri de serenitate loquentis:

Haud equidem credo quia sit diuinitus illis
Ingenium: aut rerum fato prudentia maior:
Verum ubi tempestas & cœli mobilis humor
Mutauere uias. & Iuppiter humidus austris
Denset erant quæ rara modo: & quæ densa relaxat
Vertuntur species animorum: & pectora motus
Nunc alios: alios dum nubila uentus agebat
Concipiunt: hinc ille auium concentus in agris
Hinc lætæ pecudes: & ouantes gutture corui.

Manifestum hoc ẽt in sensu gustus & uisus: nã pp bilis ad mixtionẽ palato infirmi mel amarescit: & oculis ægris odiosa est lux: quæ iucunda est sanis. Corporum morbi sunt animæ plerunq; salutares: tũc enim maxime deum recolimus cum in obsessa carne regnat infirmitas: & multis sanctorum ad animi salutem ut Paulo apostolo carnis flagella fuere principiũ. At aĩ morbus corpora non solũ nõ iuuat: uerũ etiã lædit ac destruit. uide luxuriæ deditos ut palleant & macescant: uide inuidos: ut macerent & tabescant. uide auaros: ut flacescant: & areant. uide gulæ deditos: ut pigri somnolenti ualitudinarii sint: ac malorum humorũ pleni: quos græco uocabulo medici uocant Chacochymos: morbos etiã spũales hoc est malos mores nõ sicut corporeos in cões toti aĩæ: & uni parti pprios diuidimus: nõ hẽt. n. aĩa ut corpus partes: quarũ una sine aliis infirmet: sed cũ aĩa ægrotat: tota ægrota est. uidetur tñ

aliqñ nõ tota ſed ſcd'm partẽ ægrotare: cũ.ſ.ad unius uir‑tutis opus eſt ſtrenua:ad aliarũ uirtutũ exercitia lenta & impedita:ſed tñ ẽt tũc in toto appetitu uenenũ eſt cui quidẽ fieri põt ꝑ alios malos mores uitiorum acceſſio.Inter corporis & aĩ morbos ẽ ẽt diſcrimen hoc aliud.nam qa medicus aĩarũ eſt deus: cuius oꝑationes & oꝑa ſunt pfe‑cta:aĩæ morbus incurabilis eſt nullis.Vñ Seneca inqt nũq̃ ſera eſt ad bonos mores uia.corporis uero morbi(ut ſu‑pradictũ eſt)iccirco ĩcurabiles plurimi:qa natura quæ cor‑poralis medicinæ magiſtra eſt:dei cõparatione: res manca eſt.medicorũ ẽt naturaliũ nõ nũq̃ conatus inualidus qa te ſte hippocrate.uita breuis:ars uero lõga:expimẽtũ fallax.

Quid ſit morbus corporis & animæ. Cap.y.

m Orbũ corpis a labeone ſic definiri recitat. A. gellius in quarto noctiũ atticarũ libro:capite ſecũdo:ꝙ ſit habitus cuiuſq; corpis cõtra na‑turã:uſum eius reddẽs deteriorẽ:p habitũ aũt non corpis cultum ĩtelligit:ſecundũ q̃ acceptionẽ habitũ militarẽ habitum ſcænicum habitum religioſum dicimus. Sed habitum dicit qualitatẽ noxiã naturæ cõtrariã craſim corpis uitiãtẽ:altius imbibitã:ut nequeat ſubito dimoue ri:qua ꝓpeditũ corpus:aĩæ ñ ẽ ut prius obtẽperans.ꝓpea dicit uſum eius reddẽs deteriorẽ.Scd'm Platonẽ Virtus ẽ aĩ ſanitas:ægritudo uitium. Virtus bona ẽ cõſuetudo uel qualitas ex bona conſuetudine derelicta.uicium uero ma la.Sicut cum pulſa infirmitate bonorum ciborum uſu: fre quenti malorum abſtinẽtia:corpus in priſtinum uigorem ſenſim reuertitur & eiſdem quibus ſit ualitudo ſeruatur:

ualitudo ſeruatur:ſic animus malarum operationum fuga bonarum exercitio uirtutem in ſe gignit:roborat : auget: & conſeruat. relictis igitur corporũ morbis de ſpiritualibus ægritudinibus deinceps agendũ.Neq̃.n.ut podagræ morbũ incurabilẽ ſanemus: ſed ut malorũ tolerantiá quã cõtra huius uitæ mortalis abſinthiũ nullũ eſt efficacius antidotũ: ĩducamus.præſens charitatis munus aſſumptũ eſt.

Cur tãta diligẽtia ſit in curãdis corporũ morbis. cap.yi.

[S]Ed cum tot ſint corporis & animi malæ ualitudines:quæ medicis ac medicamẽtis ĩdigeãt: cur ſit ut oẽs ſpreto aĩo ſolis curandis corporibus inhiemus:& illi tm̃ in pretio ſint medici:qui mederi corporibus uel ſciunt uel ſcire ꝓfitentur.Plinius naturalis hiſtoriæ.xyiiii.de medicina ſic inq̃t.hæc primũ inuentores ſuos cœlo dicauit:& hodie multifariã ab oraculis petit̃.ab aliq̃s ſcriptoribus pene infiniti celebrant̃ q eã artẽ aut inuenerũt aut auxerunt:aut illuſtrarunt.Magi illi quorũ tãta apud pſas & ægyptios fuit auctoritas:cũ religione & aſtronomia medicinã etiã ꝓfitebant̃.de Apolline prio eius inuẽtore Naſo ſcribit.Inuentũ medicina meũ eſt:opiferq̃ per orbẽ dicor:& herbarũ ſubiecta potentia nobis: his addit̃ Orpheus:Muſeus:Heſiodus:& ut aliq uolunt chiron centaurus q de herbis ſcripſerũt:& medicinæ opã dederunt. Pythagoras ẽt ſamius:& democritus abderites medẽdi rõnem magno ſtudio q̃ſierunt. Machaon & podalirius ob medicinæ peritiam cum aliis ducibus ex creta ad troianam expeditionẽ uocati ſunt.hippocrati cũ peſtilẽtiã pullulare incipiẽtẽ repreſſiſſet:decreti ſunt honores:

quos herculi decreuerat olim græcia. herasistratus Chrysippi discipulus ex Aristotelis filia genitus Antiocho rege sanato centū talentis donatus est. Teste liuio cū romana urbs peste laboraret inspectis libris sibyllinis decē legati a senatu missi ex epidauro deū Aesculapiū in specie serpentis romā adduxerunt: Mithridates sua ætate regū maximus oēs āncessores (ut fama est) medendi diligētia supauit. Cōmentationes eius & exēplaria Pōpeius magnus in latinam linguam a leneo liberto suo transferri iussit. Claruit in ea arte Asclepiades prusiensis q (ut aiunt) eloquentiæ tñ magis q̄ medicandi fretus auxilio nouam explosa ueteri medicinā inuenit. Antonio musæ Cæsar augustus ꝙ fuisset ab eo graui morbo liberatus: statuā æreā iuxta æsculapiū locari mādauit. Euax rex arabum medicinæ & ipse curiosissimus de herbis & lapidibus ad Neronē scripsit. Supuenit & Dioscorides uir militaris in herbaria arte mirabilis. Tpe Antonini floruit Gallenus uir qdem doctissimus: & ea ætate in medicina singularis. secutus est eū rasis pœnus & ipse illustribus medicis ānumeratus. fuerunt & alii innumerabiles retroactis tēporibus medēdi magistri. sed nostræ ætati magis ꝓpiq̄ Petrus aponēsis patauinus uir rerum scīa admirādus. At oīum neotericorū ditissimus nescio an doctissimus Thadeus florētinus fuit q cū a principibus Italiæ uocabaṫ qnquaginta aureos in mercedē diurnā pacisci cōsueuerat. ab honorio sūmo pōtifice semel uocatus nō prius accessit q̄ cētū aureos sibi ī diē statutos intellexit. Vnde liberatus pōtifex decem milia aureorum illi cōdonauit. Iuniores īnumeros: ne tibi sim onerosus: silentio prætereo. Hæc autem memorare suasiit humanæ curiositatis admiratio ꝙ eis præmia honoresq; decernat

qui corporibus opitulari ſciant: eis uero qui aîas ſanant: ne minimã q̃dem mercedem inſtituat. Credo tñ ita factũ ut moribus parcam: ſubtili: & occulta ſagacitate naturæ. natura enim corporea uitæ ſtudioſa: uidens hoĩ ex parte corporis mortem impẽdere: corpus tñ fulcire conata eſt pigmentis & medicis relicta animæ incorporeæ cura deo incorporeo. Cui ſententiæ plurimum conſonat quod deus paruam immo minimam & aliquando nullam cor-poris: animarum uero tantam rationẽ habere ſe oſtendit ut ipſemet corpus ſuum pro animarum ſalute tradiderit. & certe plures deus medicos & medelas animabus q̃ na-tura corporibus adinuenit. Patriarchæ: Prophetæ: noui ac ueteris teſtamenti doctores nimirum medici ſunt anima-rum. religioſi noſtri temporis omnes & hi præſertim qui declamant in eccleſiis: & qui confeſſionibus fidelium au-diendis præſunt animorum medici ſunt. hi practicorum illi theoricornm medicoruu loco ſuccendunt. propheta-rum uaticinia doctorum conſulta: leges quoq; tam hu-manæ q̃ diuinæ: ſed diuinæ præcipue: & omnis deniq; phi loſophia de moribus ſunt animarum medicamenta ſalu-bria: quibus animæ non a morte ſed a miſeria ſempiterna præſeruãtur: quæ tanto peior quãto longior morte iudi catur. Vt igitur omnium ſupradictorum concludatur affi nitas: corpori corporea debetur medicina. corporalis me dicus: & medico præmium corporale: animæ uero quia ſpiritus eſt ſpiritualis medicina: ſpiritualis medicus: & me dico præmium ſpirituale proponitur. Sic oportet nos perſuaſos eſſe: qm̃ id & rationi & doctrinæ apl̃i cæ cõſen taneum eſt. & ꝙ iacto hoc fundamẽto facilius patientiæ ſtructura cõſurgit: hinc ẽt ſicut mortem corpori ſic ĩmor-

talitatem animæ natura denuntiat.cum.ſ.eam ut naturalis opis minime egentem relinquit incuſtoditum. at deus curam eius aſſumit:non quo ut antedixi:mortē effugiat:cui ſuapte natura nūq̄ addicta eſt: ſed ut miſeriam ſempiternam cui peccando ſe ſubiicit:euadat. Sed iam ad ueſtigandam ſpiritualium morborum pergamus originem.

De morborum ſpiritualium origine. cap.vii.

ſ Piritualium infirmitatum quibus pene totum genus humanum opprimitur tibi:ſi aduerteris:radicem & fundamētum breuibus explicabo : ut cognito morbi loco:ſciamus ubi oportet applicare remedium. In hoc peripateticorum:& theologorum ſcholæ cōſentiunt:duas eſſe principales animæ partes: p quas uidentur hoīes duas:& has qdem contrarias naturas aſſecuti:rationalem.ſ.& ſenſitiuam. Iſta cum belluis nobis cōmunis eſt:illa uero ꝓpria eſt hoīs forma:primaq; pfectio rationalis in duas ſecatur partes. Intellectum.ſ. & uoluntatem. Intellectus eſt oīa cognoſcere. Voluntatis uero intellecta:ſi bona uideantur:appetere : ſin aūt mala nocentiaq; ſint uel appareant:quo ad eius fieri poteſt:propulſare:uel fugere:ſenſitiua duas item cōtinet uires unā qua ea quæ ſenſui occurrunt aut obiiciuntur dignoſci : alteram qua occurrentia obiectaq; prius cognita uel tenere ſatagit.uel declinare:prima uis eſt ea qua ſentimus:qua uidemus: qua audimus:qua palpamus : qua olfacimus:quā & guſtamus.nam quaſi qdam fonticulus in qnq; ſenſuum exteriorū riuulos uirtus iſta defluxit.exteriorū inq̄: nā ut

philosophis placet totidē sunt interiores sensus. q̄ intra cranei forulos cerebriq; cauernulas ut uisum est Auicenæ: & Alberto magno: ac cæteris medicorū ac philosophorū q̄ de corporis humani anatomia scripsere: discretas hn̄t sedes ꝓpriasq; mansiunculas: quæ spūum aialiū uiæ specierūq; receptacula noiant̄. sed ex iis phantasiam cōmemorasse sufficiat. qn̄ ipsa id officii ī parte sensitiua sortita est: qđ intellectus obtinet in rationali: altera uis seu uirtus bifariam quoq; diuiditur in concupiscibilem. s. & irascibilem. Concupiscibilis in ea fertur quæ uoluptatem afferre: per sensum & phantasiam iudicantur. in ea uero quæ tristia apparent ita se hēt: ut ea uel abigat: si facultas adsit: uel ꝓcul ab eis se se q̄maxime proripiat. irascibilis ad subsidium isti cōiuncta est. quotiens. n. cōcupiscibili qdpiam impedimenti se ingerit: irascibilis magno impetu accurrens illud totis uiribus conatur auertere. hic diligenter aduerte huc mentis aciem tota attentione conuerte. Iam tibi ostē surus sum malorum oīum fomitem scelerumq; radicē: unde oīs nostra descendit iniqtas. Videbis acerrimū hostem uirtutis: uidebis id quod mēbrorū legem paulus appellat Lex membrorum est uirtutis concupiscibilis impetus. qui grecæ ορμη dicitur. hic semper in id solum qđ delectat: nulla honestatis: nulla uirtutis: nulla dei habita rōne tanq̄ magnes ad polum mira naturæ lege conuertitur. Hi duo appetitus in eadē aīa quasi duæ in eodē axe rotæ sessori & equo comparari possunt. Voluntas recta sessor est: appetitus equus: sicut. n. equus anteq̄ dometur est freni & sessoris impatiens sic appetitus nisi prius longa diligentiq; cura coerceatur uoluntatem aspernatus in diuersa cū

Indignatione se proripit. domabilis est: sed longa opus est diligentia.magnis calcaribus:fortissimisq; capistris: & frenis utendum est.Rem miram audi: quam uelim sæpius adhibita diligentia contempleris. Quicquid leges tam sacræ q̄ ciuiles:tam ueteres q̄ nouæ:tam publicæ quam pri uatæ:seu in pœnam comminantur:seu pollicentur in præ/mium:eorsum tendit ut huius contumacissimi appetitus ceruicosam duriciem & caput obstipum contundat & subigat.facilius xerxem Themistocles: Darium Alexan/der:Gallos Cæsar:Bellerophon Chimeram:Hercules Hydram:Theseus minotarum: Aristeus proteum: Cadmus draconem:q̄ hanc immanissimam feram debellauit.immo cum illa debellarint:ipsi ab ista oppugnati sunt & expu/gnati: propterea dictum est a sapiente. Melior est patiẽs uiro forti:& qui animo dominatur suo: expugnatore ur/bium: non aliam ob causam ueteres eremitæ uiri san/ctissimi quales in noua lege fuerunt Paulus: Antonius: hilarion.& in ueteri Helias: heliseus: & cæteri filii pro/phetarum carmeli accolæ ordinis nostri principes & au/thores urbes & hoĩum cõsortia fugiebant:in ieiuniis & in diuinarum rerum contemplatione degebant: nõ aliam inquam ob causam: nisi ut hunc rebellem & contumacẽ appetitum emollirent:legiq; subiicerent. continua hæc in tra nos pugna:& ut Augustinus inquit:rara uictoria.

De animi perturbationibus. Caput.viii.

n Ec prætereundum hoc loco partem hanc animæ quam sensitiuam dicimus nunquam

quiescere.sed instar maris semper æstuare. & assiduis per‐
turbationibus agitari.Sicut.n.mare duodecim uẽtis:quos
Plinius in libro de naturali historia connumerat : uexari
nõ desinit:hoc est ut ab oriente in occidentem: & ab oc
cidente rursum in orientem ueniamus subsolano: uultur‐
no : euronoto : Austro : libanoto Aphrico : fauonio :
Cauro:Trascea.Septẽtrione.Aquilone. Cæcia.Ita memo
rata pars animæ totidem perturbationibus quas Egidius
romanus libro primo de regimine principum refert : in
magnos fluctus intumescit & fremit. Sunt autem hæ per
turbationes.Amor.desiderium.Odium.Abominatio.de‐
lectatio.dolor seu tristitia.ista.n.ad aĩum:ille uero referũ
tur ad corpus.Spes:desperatio.Audacia:timor:ira:segni‐
cies.quã ipse Egidius:& alii Neoterici uocant mansuetu
dinem passionem.ad eius mansuetudinis differentiã:quæ
cum sit mediocritas quædam inter iram & segnitiem:non
passio: sed uirtus ẽ & appellatur. Primus senarius ad cõ‐
cupiscibilem:secundus pertinet ad irascibilem.Sed quem‐
admodũ præter iam dictos generales uẽtos:alii qdam pe
culiares sunt: ut Sciron apud athenienses paulũ a Cauro
deflectens:sic dictus ꝙ spiret a saxis : quæ Sciron latro a
Theseo interfectus quondã inhabitabat: & Circuis apđ
prouintiam narbonẽsem naues in Italiam recto cursu de‐
ferens. ita præter iam dictas perturbationes aliæ quædam
numerantur ab Aristotele in libro secũdo rhetoricorum
uidelicet: Zelus: Gratia:Nemesis. Misericordia. Inuidia.
Erubescentia.his appetitus sicut mare:natura sua instabi‐
lis semper perturbatur & fluctuat. hinc mundi turbines
excitantur.hinc discordiæ hinc tumultus:hinc bella: hinc
excidia urbium & hoĩum interitus oriunť:his laqueis:his

retibus aiæ nostræ captiuant.his plagis includunt simul hoc uiſco falluntur. hoc ueneno potantur. his ſordibus inquinantur.his deliramentis illuduntur. hoc luto in uo-luuntur. his illitæ maculis amittunt dei patris imaginem. hi ſcopuli nauigātibus ad cœlum paſſim obiiciuntur. hæ ſunt noſtræ ſyrtes ubi hærēt noſtra nauigia.hæc capharea ſaxa.hæc mendax & inſidioſa lux in ipſo Caphareo. hic Euripus:ubi ſaltem ſepties in die periclitatur iuſtus. hæc ſcylla.hæc Charybdis:hæ ſymplegades:quarum concurſi-bus deprehenſæ animæ cæleſtis patriæ curſum amittunt. hæc torpedo quæ mētibus noſtris torporē ac ſtuporem immittit:& ad bonum opus reddit ĩmobiles.hæc illa mi-randæ uirtutis Echeneis: quæ armatas claſſes & magno uentorum impetu concitas mirantibus nautis infrenat & ſiſtit.hæ ſirenes: quæ uocum lenocinio & blandientibus cantilenarum illecebris captos in feras amiſſa humanitate tranſmutant.hæc Meduſa aſpectu tam noxia ut uidentes cōuertat in ſaxa.hæ ſalmacis aquæ quæ uiros effœminãt. hæc deniq; eſt illa teterrima peſtis quæ noſtra hac tempe ſtate per totum terrarum orbem contagia ſuæ atrocitatis effudit. hæc tibi uolui commemorare & quaſi oculis ſu-biicere:ut uiſis hoſtium tuorum caſtris:ſcias q̃tum tibi im mineat periculum: & qua uirtute pugnandum: & quibus ad uictoriam opus eſt copiis.

Vnde ſecuta ſit rebellio appetitus. cap.ix.

T ne querelæ aut calumniæ locus relinquatur ꝙ inter has compugnantium uirium conflicta tiones a deo conſtituta ſit humana fragilitas

a theologis ſapienter occurritur. Aiunt.n.& ſententiæ huius author primus eſt Moſes: hoĩem a deo per gratiam ita formatũ: ut q̃diu diuinæ legi ſubiectus eſſet: nec mortis neceſſitatem incurreret: nec ullam rebellionem ab inferiori creatura pateretur. haberetq; non extra ſolum: ſed intra ſe quietem: tranquillitatem: & pacem: adeo ut & intellectus ſine phantaſmatibus clare intelligere: & ratio ſine membrorũ & appetitus diſcordia libere & expedite poſſet operari. At ſoluta in deum patrem obedientia: homo multiplici ẽ in aĩo & corpore pœna mulctatus. In corpus n.cum infinitis langorum aculeis mors immiſſa eſt. Quá ſententiá poetæ gentiliũ quaſi diuinátes in ſepato p̃methei fabula depinxerunt. In regnum uero animi duæ grauiſſimæ ſeditiones exortæ ſunt. Vna per quá intelligentiæ libertati damnum inflictum eſt ut.ſ.intelligere non poſſit niſi ut Ariſtoteles inquit phantaſmata ſpeculetur. cui ſeruituti ante peccatum non erat addicta. Altera per quam uoluntas illa eximia ſupremaq; potentia qua ſola promereri commereriq;: & boni maliq; pro arbitrio eſſe poſſumus: contranitentis appetitus æmulationẽ incurrit. Et plerumq;: teſte ſcriptura: ſolet uſu euenire diuino etiam iudicio comprobatum oſtenditur: ut q̃ quis fecerit: eadem patiatur. Sic ſauli poſtq̃ deo rebellauit: Dauid aduerſatus eſt. Ipſi quoq; dauid Abſalon. Salomoni quidam Adad regia ſtirpe natus: qui diu exularat in ægypto: item Razon: & Ieroboam: qui poſt mortem Salomonis ſuper decem tribus imperauit. natura igitur uitiata peccato & appetitus uinculo in uindictam ſoluto: bellum hoc aſſiduum & repugnantiam carnis incurrimus. hic itaq; locus eſt cui medicina quæritur: cui ſunt applicanda fomenta uirtu

tis:cui patientiæ crasis inducenda:ut animo benemouenti subdita sit:& obtemperans ac idonea rationi.

De uariis hominum dispositionibus ad peccandum. cap.x.

q Vemadmodum teste Christo in euangelio spadonum tria sunt genera: unum eorum qui natura frigidi sunt: alterum eorum qui ferro ac manu fiunt. Tertium cum quis & si natura est pronus in uenerem:uirtutis tamẽ beneficio fultus castimoniá seruat.ut de Socrate legimus. qui cum iuxta metoposcopi iudicium ex totius corporis filo atq; habitu iudicantis esset natura uinolentus atq; uenereus:ea uitia sic diligentia profligauerat: ut nemo esset ea tempestate cótinentior:& sanctior. Ita fere in omni uirtutis ac uicii genere contingit. Sunt .n.ut exempli gratia de iracundis loquar:qui naturæ impetu fere nullo moueantur ad iram. ut ii qui segnes imbelles ignauiq; nascuntur: de quibus illud satyrici: sed læua in parte mamillæ: Nil salit arcadico iuueni. Sunt qui & si bile concitantur: nocendi tamen instrumentis carent: ut facti per ferrum eunuchi: qui licet salacitatem sentiant: sicut in uita Apollonii Tyanei legimus apud philostratum:tamen non habent unde ueneris consequátur effectum. Sunt qui & impetum & instrumẽtum habentes: rationis lege quasi quadam animi diuinitate reguntur. hæc igitur cum ita se habeant in solo fere genere tertio uirtus est posita:quod ex arboribus psuaderi potest. Arbor.n.quæ natura recta est nulla indiget ad rectitudinẽ industria.quæ uero ita praua

nascitur:ut dirigi nullomodo possit:omnem a se artem fa
cit alienam. At quæ inflecti pōt ac dirigi:laborem artificis
non frustratur. Atq; hæc de actionibus quas transeuntes
uocant:& instrumentis egent:quicunq; legis dicta memi-
neris.immanentibus.n.quæ organis ñ utuntur ut uolunta
tis operationibus:nulla obstat quin peccare possint mē-
brorum inopia. de his dictū est a Xp̄o. Qui uiderit mu-
lierem ad concupiscendum eam:iam moechatus est incor
de suo:de aliis uero intelligit illud sapientiæ dictū. Qui
potuit transgredi & nō est transgressus. Et eorū quidem
qui repugnantiæ stimulū patiuntur gradus sunt pene i in-
finitum abeuntes. Est nāq; quæ tenui diligētia superetur:
est quæ maiorem conatum contra nitentis rationis postu
let.est q̄ tanto impetu arcem rationis impugnet:ut uix hu
mana resistat infirmitas.& hi sunt ut plurimum quibus in
gens est animus:& natura feruēs multis adiuta spiritibus
qualis in Hectore.in Achille.in Hercule.& in aliis qui se-
midei a nostris.a græcis uero dicūtur heroes.hi sunt for-
ti atq; elato animo uiri : qui magna semper aggrediuntur
& quorum ut splendida facinora:sic & enormes casus au
diuntur : mediocritatem fugientes aut præclaris facinori-
bus se illustrant:aut famosis sceleribus se inquinant. Fuit
ex horū numero Dauid.fuit Salomon pater & filius am-
bo modo religione:modo uiciis excellentes.& ex nostris
Paulus apostolus qui & ecclesiam xp̄i molitus est extin-
guere. & ad xp̄m conuersus de stimulo carnis conquerit
& colaphizari se dicit a Sathana:Addam & beatissimum
patrem Hieronymum:qui in uasta solitudine constitutus
sibi uidebatur choris interesse puellarum: & ut ipse inqt
frigescente corpore sola libidinum incendia bulliebāt. Est

in manibus omnium liber confeſſionũ Auguſtini: in quo mulierum amore non tentatum ſolum: ſed & ſuperatum ſe ingenue confitetur. erat in iis natura potens & fertili terræ per q̃ ſimillima: quæ una eademq; fœcunditate niſi prohibeatur a uillico: & malas herbas & bonas paſſim & promiſcue gignit: manifeſtum id & in equis: qui eiſdẽ uiribus quibus poſſunt uelociter currere: agiliter ſaltare: bellatorem ferre poſſunt. & dominum ferire: & ſeſſorem excutere: & obuios conculcare.

Vnde tanta in hominibus diuerſitas. cap. xi.

q Vod ſi quæras unde tanta ſit in hominibus naturarum uarietas ut ſpecie non nulli diſferre uideantur: quod de animabus hoĩum platonici concedunt. ut. n. reperies qui natura timidi ſint: tardi: ſomnolẽti: inertes. pigri ſegnes. ignaui. ita uideas qui naſcantur animoſi: ſtrenui: uigiles: induſtrii: uegeti: cordati: excitati. inuenies etiã quoſdam natura pios. religioſos: iuſtos: cõtinentes: modeſtos benignos. Item quoſdã impios. irreligioſos: iniquos: auaros: procaces: inuerecundos: immanes. Benediſpoſiti a natura: hoc autem licet oculo ad oculum intueri: minori diligentia proficiunt. at quibus nouercali odio natura difficilis fuerit: ſolent omnia faciendo nihil proficere: & operam ac impenſas ut plurimum perdere. Nec Cherilus malus Alexãdri poeta: nec Meuius & Bauius minuſq̃ Homerus & Virgilius perdiſcẽdæ poeticæ ſtudium impendiſſe putandi ſunt: ſed minus habuiſſe fauoris a natura: ppea illi ſunt ignobiles. Iſti inter hieronicas honorant̃. Plotinus in prio de puidẽtia libro capite quarto: tria tãgit q̃ putat nobis iuitis ad bonitatẽ ac maliciã plurimũ cõferre. primũ

est inclinatio illa qua etiã ante p̃sentem uitã cœpit aĩa uergere in corpus:& carnis optare consortiũ. Aliud est corpus sic affectum:ut aĩam ad talia ꝓuocet:& statim ab initio icautã:& deiceps gradatim assuefactã. Tertiũ est subitus sensibiliũ occursus p sensus ĩ aĩam:sic aut sic afficiens eã.horũ triũ duo tanq̃ uera suscipimus:primũ aũt reiicius qm̃ cũ catholicis aĩas ante hãc uitam fuisse nó putamus. Inseq uident̃ & nationes sua uitia. Vñ & latini supciliosi ac elati dicunt̃. Vani lygures.leues galli.lactabundi hispani. Mendaces græci.pœni fœdifragi. Citat̃ a Paulo apl̃o Epimẽidis poetæ græci uulgatus ille de cretẽsibꝫ uersus. κρητεσ αει ψευσται κακα θηρια γαστερεσ αργοι Cretenses semp mẽdaces:malæ bestiæ : uẽtres pigri.si quæras igitur:unde tanta sit in natura uarietas:discrepantia in moribus in uita diuersitas:nolo me modo coarctare ad inextricabiles huius perplexæ quæstionis angustias. dicam tñ transeunter & sũmatim:affirmaboq; referre multum quo semine quis progenitus sit: quo uentre sit fotus embrix.quibus horis natus infans.quibus cibis & exercitiis educatus:quibus cum alitus:quibus disciplinis imbutus:sub qua cœli parte nutritus.Non.n.oium æque nationum corpora sunt ad sapientiæ ac intelligentiæ perceptionem idonea. Vnde Socratem uel ut alii uolũt Thaletem dicere solitum accepimus : propter tria se maximas deo gratias habere ꝗ.s.mas non fœmina : homo non bestia : græcus non barbarus natus esset: erant.n.græci natura apti magis ad philosophiam : ꝗ propter aeris & cœli temperiem corpora sortiti essent ab excellentiis contrarietatum ut philosophi aiunt remotiora.Seres.n.& qui extre

ma mundi climata inhitant: tñ ab eorum complexione qui clima quintum incolunt:elongantur:ut cóplexio quæ uni genti salubris est : plerumq; alteri mortem consciscat Et ut corporũ dispositionibus:sic moribus legibus sentẽtiis differunt & ingeniis. his de causis athenienses ingeniosiores:thebani robustiores hiti sunt:ꝙ uidelicet illi in puriore : isti in crassiore aere uersarentur. Tantus est corporis influxus in aíam:ut platonici qui dæmones & angelos uolunt esse corporeos:putent eos pro corporum uarietate uariis rebus oblectari:eos qui de cœlesti substátia corpus hñt: figuris & cantibus allici:qui ex igne:fumo & odoribus sacrificiorum,qui uero ex aere: dicunt sese corporibus nostris insinuaresolitos:& humani corporis humorem exsugere.Affirmat Herodotus libro historiarum tertio : se ex genere scytharum sapientem audiuisse neminem præter unum anacharsim : qui ut Cicero in quæstionibus Tusculanis inquit: sapientiæ fuit admirandæ. Hæc igiť quæ ad bene beateq; uiuendũ táti momẽti sunt non nostræ sunt facultatis sed aliũde suppeditanť.licet.n. bene mori nostri sit arbitrii:tñ bñ nasci & bñ educari nostræ nó est potestatis.Propterea cũ de salute agiť nó uitæ principiũ:sed finis inspicitur. Satis ergo fuerit nobis potestatẽ cũ difficultate relinqui: diuinũ adiutoriũ nulli negari:patere uiá oíbꝯ a uiciis ad uirtutẽ:a uirtute ad gloriá. ꝙ si quibusdá maiori cum labore:certe ẽt maiori cũ mercede.hæ particulares causæ quæ rebelliones appetitus augent ac minuunt intellectæ ac recitatæ sunt a philosophis : & cómunis illa causa : hoc est peccatum originis a primi parentis inobedientia natũ a solis theologis allegatur quæ prædictis adiũcta tantæ molis est in omnibus

at oẽs ad peccatũ incuruet. hinc illud apostolicũ. si dixerimus qa peccatum non hẽmus: nosmetipsos seducimus. & ueritas in nobis non est. Sed iam ad appetitũ redeamus.

De ui appetitus. cap. xii.

a Ppetitus ergo p inobedientiã primi hoĩs absolutus a lege rõis præuaricari cœpit & ĩsanire: de cuius clãdestinis insidiis & incursionibus apertis Iacobus ita loquitur. unusquisq; uero tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus: in eo q abstractus dicit: uiolentiã exprimit in eo quod illectus adiungit: fraudulentiã significat. Paulus aũt ad Romanos scribens appetitum his uerbis accusat & taxat. Nam uelle adiacet mihi: pficere aũt bonum non inuenio. non. n. qđ uolo bonũ hoc facio. sed qđ nolo: malum hoc ago. si aũt qđ nolo illud facio: iam nõ ego operor illud: sed qđ hitat in me peccatũ. sic apsus. Erãt in Paulo sicut & ĩ nobis duo fere hoĩes spũalis. s. & carnalis. Verba aũt supradicta spũalis sunt hoĩs de carnalis tyrannide cõquerentis. & carnalẽ hoĩem hoc est appetitũ peccatum uocat: qa uidelicet semp nos ad peccatum flectat & inducat. Spũalem hoĩem ipse Paulus dicit interiorẽ: cũ Paulo infra subiungit: Condelector. n. legi dei scđm interiorem hoĩem. Et de carnali subinfert. Video aliã legem in membris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ. mox homo spũalis in Paulo uidens se nõ posse penitus carnali resistere: quasi indignabũdus in hæc uerba pҫrumpit. Infelix ego homo: qs me liberabit de corpore mortis huius? & paucis interiectis ita concludit. Igitur ego ipse mente seruio legi dei: carne aũt legi peccati

hoc idem & Xp̃s inquit. Spũs qdẽ ꝓmptus eſt: caro aũt infirma. Spũs qppe mens eſt in qua præſidet uolũtas conſentanea rõni & parata ſemp niſi retrahat̃ ab appetitu parere diuinæ legi. Caro aũt hoc eſt appetitus carnalis infirmus ea de cauſa eſt appellatus: q' uolũtatẽ ſemp ꝑpediẽs oẽm opam noſtrã reddit infirmã. Vel qa nos pp carnis legem rõnis conatibus reſiſtentẽ ſimus ad omne ꝑclarum facinus ĩfirmi. Nec tñ minus ĩfirma caro nũcupabit̃ ẽt tũ cũ appetitus bonis opibus aſſuefactus adhaſerit rõni: nã uis ea quæ qm̃ ĩpium uolũtatis exeqt̃: executiua nũcupat̃ corporeis inſtrumentis alligata: nec opis perfectione: nec opandi uelocitate põt uoluntatẽ adæquare: ex deo igitur & ex uoluntate efficacia eſt: at tarditas & deterior agendi cõdicio ex carne: nõ aliter quã in claudo ꝓgreſſionis obliquitas ex curuitate cruris eſt: ſed eundi facultas ex aĩa. hoc ꝑpendens in ſecũdo ethicorũ dixit Ariſtoteles: in cõtinẽtes ſimiles eſſe paralyticis. queadmodũ. n. paralyticus morboſa qualitate uim motiuã impediente: quorſum nõ uult manũ uertit. ſic incontinens ſi aliquãdo uel bonitate naturæ uel diuina inſpiratione motus: aſpirare uelit ad uirtutẽ cõtinue ꝑueruientis appetitus impulſu de uiæ regiæ rectitudine in dextram aut in ſiniſtrã: hoc eſt de mediocritate uirtutis in id quod plus aut minus eſt: deturbat.

Quomodo appetitus ligetur. cap. xiii.

c Ontra hanc teterrimam peſtẽ qd' aliud melius dari põt antidotum q̃ qd̃ Paulus oſtendit dicens. Caſtigo corpus meũ & ĩ ſeruitutẽ redigo: ne cũ aliis ꝑdicauerim

ipſe reprobus efficiar.'pugnát ergo íter ſe hæc duo ſemp: & ea pugnæ lex eſt:ut uictor uicto imperet. & quo libuerit trahat.rem miram intellige quá ſi ſaperent & ſibi recte conſulerent hoíes: ſortaſſe uitam cautius inſtituerent:nec ſe ipſos inconſulte ac improuide uiuendo tot uitiorũ cathenis alligarent. Vſus & conſuetudo ea ſunt quæ appetitum ligant & obſtringunt. cõſuetudo uero quæ cathena eſt adamante ſolidior: p exercitiũ uſumq; cõtexitur:actiones aſſiduæ annuli ſunt.ſi appetitus ad id quod concupiſcit:uolũtatis aſſenſum ſemel traxerit:unũ cathenæ ánulũ cõplicauit.ſi centies eam ſeduxerit: iam ex centum orbiculis cathena contexta collum uictæ uoluntatis innodat:& captiuã ducens illudere & inſultare nõ ceſſat.hinc Horatius in epiſtolis.Animũ rege:qui niſi paret: Imperat:hunc frenis:hũc tu cõpeſce cathena.animum autem uocat impetum appetitus.

Quid ualeat habitus. cap.xiiii.

c Athena hæc a philoſophis q rerum naturas ſubtiliter inſpexerũt:hitus appellat'.Is cõtinuis & frequẽtibus malis actionibus ſic pedetentim & ſenſim nobis adhæret & ſubrepit:ut in naturã trãſire uideat':ſicut lignũ a natura rectũ poſtq̃ diu flexuram paſſum fuerit a curuitate dimoueri nõ pót. nec ligno minus tenaciter adhæret ea figurã:q̃ ſi ab origine curuatura ueniſſet.Scitũ eſt illud memorabile lycurgi exẽplũ:qui uolẽs pplo q̃tũ conſuetudo poſſit oñdere:duos catulos unũ in ſyluis: alterũ domi in popina educari fecit.mox cõuocatis turbis tale ſpectacu-

lũ exhibuit. Catulos adduci iussit. & ꝓposito hinc lepore: hinc cacabo: solui eos mãdauit: qui popinæ assuetus erat: ad cacabum repentino cursu se proripuit: qui uero in syluis coaluerat: mira pedum leuitate fugientem leporem insecutus est. Videntur ergo habitus natura fortiores: ut pote quam subigunt. domant: & immutant. & unusquisq; habitum habens nisi diligentiam adhibeat: in contrarium secundum eum semper operatur. operatur autem habituatus facile prompte perfecte & cum delectatione. qui uero sine habitu est: & si bñ opari pót: neq; .n. id negauerim nõ æque expeditus & ꝓmptus uenit ad opandũ: nec tãta in erit opationi uoluptas pfectio facilitas. Vñ illđ Aristotelis in ethicis: citharœdi est: citharã pulsare: studiosi bene pulsare. Inest ergo hitui ut theologorũ clarissimi sentiunt & p̃sertim. Io. Scotus in primũ sñiarũ di. xvii. q. z. uis actiua: qua cũ animæ uirtute cui infuerit: habituatus ualet ad melius & laudabilius operandum. De ui consuetudinis quid a Valerio dicat̃ hic referam. Cretenses inquit cum acerbissima execratione aduersus eos: quos uehementer oderunt uti uolunt: ut mala consuetudine delectent̃: optãt: modestoq; uoti genere efficacissimũ ultionis euentũ reperiũt: inutiliter. n. aliqđ cõcupiscere: & in eo perseueranter morari: exitio ea uicina est dulcedo. At si uolũtas mea diligẽtia studioq; excitata cœperit appetitui dominari: & eius feritatem mollire collẽdo: breui si perseuerauerit & uictoria uti sciuerit: nec uires remiserit: uictrix euadet: & in altissimam uirtutis arcem cum uictoriæ signis euolabit. Ad hoc Paulus ad Romanos hortatur: dicens. Ergo fratres debitores sumus nõ carni: ut secundum carnem uiuamus: Si enim secundum carnem uixeritis: moriemini:

Si autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis:uiuetis. Vita .ſ.imortali ac ſempiterna:quæ ſola uera eſt uita:& ab omni mortis contagione ſemota.

Quod paucorũ eſt appetitum ſuperare. cap.xv.

Ed pauci admodũ ſũt qui carnis imbecillitate deuicta felicitate tãtæ uictoriæ potiãt.ea nãq; eſt uoluntati cum appetitu concordia:ea familiaritas:ea neceſſitudo:ut pene nunq̃ ſciat eius plene repugnare blanditiis.Docuit hoc cũ ſumma totius hnmani generis incõmoditate atq; iactura ꝓtoplaſtus homo:qui cum mó eſſet ab opifice deo cõditus:& in perfecta mẽbrorũ corporis & aiæ uirium integritate formatus: præmonitus etiam quid euenturum eſſet delinquẽti:maleſuadẽti fœminæ ne(ut Auguſtinus inqt) eam quá hẽbat in deliciis:cõtriſtaret:aſſẽnſus eſt.ex illo tpe cœpit uerum eſſe quod a moſe dicitur:chi ſezer leb adam raha mincabrab.ideſt quod latine pluribus uerbis explicatur: ſenſus & cogitatio cordis humani prona eſt ad malũ a iuuẽtute ſua: uicium hoc in ramos a radice diffuſum indies magis magiſq; conualuit.& ſeneſcẽte natura quottidie reuireſcit Adam rõnis typus eſt:appetitus Eua: cum rationem dico ſuperiorem animæ partẽ quæ & uoluntatem & intelligentiam includit:intelligo.uoluntas libera eſt.facile tñ perſuaderet paulo momento huc uel illuc ĩpelliť:appetitus uero libertate carens ſemp obſtinate & irreuocabiliter triſticiá fugit: & ſeqtur uoluptatẽ irreuocabiliter inq̃ ſi eũ ſpectes.nũq̃.n.ſe ipm ipſe reuocat aut cohibet:ſed ſi ſupiorẽ uirtutẽ cui ſubiiciť aíaduertis reuocari põt:ut diximus.

Quod motui cœlorum aſſimilatur motus appetitus. cap..xvi

p Orro operæ pretium est in his animæ potentiis intueri simile qddã motui cœlorũ. quẽadmodũ n.nouæ sphæræ qd' est primũ mobile impetu firmamenti & planetarum orbes quottidie ab ortu ad occasum rapiuntur: qui diurnus motus appellatur:& tñ dum eorsum feruntur motu quodam alio sic cõtranituntur ut quibusdam temporum spaciis totum zodiacum retrogrado cursu metiantur. Sic & appetitus q̃tumuis a ratione regatur: semp tñ diuerticula quærẽs aliq̃tulũ refugit. & quasi bos plaustro subiugatus & bubulci stimulo punctus ad carpendum gramem collum intorquet.

Quod duplici hominis naturæ duo spiritus præfecti sunt. cap.xvii.

h Vic duplici hominis naturæ duo (ut theologi uolunt) a deo dæmones destinantur: unus qui cum ipse bonus sit ad bonum: alter qui iuxta suam nequitiam nos uertat ad malum: qui appetitui fauet genius dicitur ab ãtiquis. genius aũt ab ingenio dicit' qd' naturam significat unicuiq; insitam: & genius ꝙ ingenium hoc est naturam secundet: appellatur. Fuerunt ẽt philosophorum quidam qui dixerint singulis rerũ naturis & speciebus singulos angelos attributos: qui conseruandis eis curam impẽderent. Euclides ẽt socraticus duos omnibus hoĩbus genios appositos dixit: q & lares uocant' bonũ s.& malum. in cuius sententiam lucius florus uenit: cum dixit: bruto postera die in prælio morituro per noctem apparuisse atram quandam imaginem: & quæ esset ĩterrogatam tuus malus genius sum respondisse. non.n. addidisset

malus: nisi alterum bonum genium existimasset. hi & penates dicebantur: qui quoniam pro eorum seu hominum seu locorum quibus præsunt: custodia: cum aliis laribus pugnant: & aliquando superantur: dictum est a Virgilio de Aenea. Ilium in italiã portãs uictosq; penates. hæc q̃q̃ gentilia sint: attigi: q̃ non sunt si bonum iudicem inueniant: multum a nostris dogmatibus dissidẽtia. at de his alias. Sed quorsum ista nunc? Nempe ut ostenderem nõ mirum esse paucos ad illam uictoriam peruenire: de qua dictum est: & tamen necesse est ut in paucorum hoc est bonorum catalogo computemur: & ab illa infinitate subtrahamur: de qua scriptum est a sapiente. stultorum infinitus est numerus.

Quod miseri sunt qui peccant. cap. xviii.

q Vi ad tantam scelerum immanitatem cõfirmato iam peccandi habitu descenderunt: ut nec rationem audire: nec coelum iam suspicere possint: hi sunt de quibus dicitur ab apostolo: excæcauit. n. eos malitia eorum. Eosdem Aristoteles taxat cum inquit in ethicis: omnem malum esse ignorantem: malus enim habitus quasi quædã tenebrosa caligo de uitiorum palude se attollens longe amplius q̃ perturbatio seu passio mẽtem excæcat: & ignorantiæ nocte lumen rationis abscondit: licebit hoc experimento cognoscere: si statuantur duo: unus intemperans alter incontinens: intemperantem dicimus qui sine ulla repugnãtia rõnis libidinibus & uoluptatibus ĩmergit̃. incõtinens uero est qui post aliquã pugnã appetitus & rõnis:

a fluctu perturbationis opprimitur. Quæratur uter eorum grauius crimen putet adulterium: respondebit incontinens graue sibi uideri: & ppterea se conari ab eo tanq̃ a turpissimo ac fœdissimo animi morbo declinare. Intemperans uero contemnet forsitan: & ridens respondebit illud quod in sepulchro sardanapali recitatur inscriptum. Hæc habeo quæ edi: quæq; exsaturata libido hausit. Cognosce quantum ignorantiæ secum ferat mala consuetudo. Quis ignorantem non dicat eum qui dicit malum bonum: uel qui graue malum putet esse leuissimum: Nonne qui trabem dicit esse festucam hebetes habet oculos: & q ictũ gladii culicis aculeũ fuisse credat: tardioris ẽ sẽsus?

De tribus stulticiæ gradibus. cap. xviiii.

t Res huius stulticiæ gradus esse per tres illos mortuos quos Christus suscitauit ostensum est. primus qui in domo sua suscitatus ẽ: hos significat qui malis cogitationibus allecti ueneno peccati intra conscientiam admisso: ad extrinsecum opus uel uerecũdiæ freno uel alia q̃uis cã ppediti nõ exeũt. Secũdus q extra ciuitatis portã uitæ restitutus ẽ: illos ostẽdit q cogitationẽ in opus duxerũt: tãto ifeliciores effecti: q̃to magis uoti cõpotes extitere. Tertius q i monumẽto fœtẽs & q̃triduanæ mortis dtẽtus ergastulo: iã amicos in uitæ desperationẽ adduxerat: illos signat: q cogitationẽ i opus: & opus i cõsuetudinẽ hitumq; uerterũt: quorũ uita plena flagiciis cœlo infernoq; detestabilis ẽ: illd obscurũ & illaudabile genus hoĩum dũ fas & iura subuertit: dum neq; modum neq; modestiam seruat: dum omnis disciplinæ seueritatem abiicit: q̃q̃ multis præsit: lateq; dominetur:

nitio tñ ac diabolo ſeruit:dicēte Paulo ad Rōanos: ſerui eſtis eius cui obediſtis: & quāq̄ leui extrīſecus pelle niteat intrīſecus tñ ruderibus oppletū: tabidū: & intolerabili ſa nie putrefactū ē. Quāq̄ ſibi multiſq; placeat. deo tñ & an gelis bonis inuiſum inſenſumq; & eſt : & eſſe debet : ut pote quod ſimile ſit ſepulchris dealbatis: quod uitiorum ſentina: latrina ſcelerum: & totius immunditiæ cloaca dici poſſit. Propterea Paulus ad Romanos capite. vi. Non er-go inquit regnet peccatum in ueſtro mortali corpore. ut obediatis concupiſcentiis eius: ſed neq; exhibeatis men-bra ueſtra arma iniquitatis peccato: & Dauid huius ſpūa lis morbi fœtorem non ſuſtinens clamabat. Putruerūt & corruptæ ſunt cicatrices meæ a facie inſipientiæ meæ.

Quod terrena uoluptas breui dilabitur. argumentū ab imperatorum exemplis. cap. xx.

a Dde q̄p ea quibus peccatores plurimum fidūt & quæ perdite amant : breui amiſſuri ſunt. nā quæ ſubſunt fortunæ ludibrio: non eſt eorum diuturna poſſeſſio: ſubiiciamus exemplum eorū qui apud hoīes dii fuerunt: qui in uita conſecuti ſunt quicquid pro mittit terrena felicitas: de imperatoribus loquor : quibus quattuor hæc: diuitiæ: potentia: honor: & uoluptas: quæ præ cæteris oībus mortales mirantur affatim ſuppetebāt: Iulius Cæſar omitto quot curis: quot laboribus: quot pe riculis: & diſpendiis peruenit ad regnum: id. n. impoſſibi-le relatu eſt. nec dum plenis uelis in Imperio nauigabat. & ecce coniurationis tēpeſtas exoritur: qua ſic oppreſſus eſt. ut tribus & uiginti plagis confoſſus obierit: C. Caligu

la poſtq̃ triennio & decem menſibus imperitauit trucida/ tur a ſuis:claudius anno imperii.xiiii.uenenatur:Nero Iu/ uenis adhuc & in ætatis flore cõſtitutus qui ardente Ro ma Troiæ aloſim decantarat:ſe ipſum ſuo pugione confo dit:Galba ſenex ĩperii menſe ſeptimo in urbe ad lacũ cur cii trucidatur.& eius caput:quod toti orbi legem dixerat a Gregario milite amputatũ ad calones & lixas eſt proie/ ctum:Otho nonageſimo quinto imperii die ſe ipſum pu gione confodit: Vitellius cum ſumma ignominia ex ædi/ bus tractus luto & ſtercore conſperſus mucrone gladii mento ſuppoſito ne præ pudore faciem inclinaret ad ſca las geõnias ductus minutatim excarnificatur Domitianus ex optimo patre peſſimus filius xp̃ianorum perſecutor ſe uiſſimus anno imperii ſui decimoquinto necatur a ſuis tã to infelicior:q̃to eius potẽtia diuturnior.prolongatio.n. tam ſæuæ tyrannidis quid fuit aliud q̃ coaceruatio diuinæ indignationis?Antoninus cõmodus oĩbus(ut aiũt)incom modus duodecimo imperii anno ſtrangulatur: Helius q̃ꝛ illiberalis eſſet & ſordidus imperii menſe ſexto palam oc ciditut:Antonius Caracalla ſeptimo ĩperii ſui anno dum leuandæ ueſicæ gratia deſcendiſſet ex equo a parthis op primitur:Heliogabalus homo flagicioſiſſimus quarto im perii anno tumultu militum enecatur:Decius xp̃ianorum inimicus imperii anno ſecundo a barbaris eſt occiſus ca/ dauere eius nuſq̃ reperto:Valerianus qui cum gallieno re gnauit captus a pacoro parthorũ rege nõ occiſus ſtatim ſed ad diuturnam mortem reſeruatus:erat.n.ei equũ aſcen dẽti ſcabellum pedum:quod aliter dicitur ſuppedaneum: ſed quid pergo tyrannorum cædes recenſere?uerſu illo ſa tyrico cõcludendum:Ad generum cereris ſine cæde & ſan

guine pauci:descendũt reges & sicca morte Tyranni. Hic citari posset Antimachus poeta græcus.qui cum dolorem suum quem e morte charissimæ cõiugis Lysidices cõcæperat emollire uellet:elegiam scripsit in qua calamitates oẽs heroum altius repetens numerauit.sed ad præsens ista sufficiant:hæc aũt dicta sunt ut memineris breue & intercisũ esse omne quod in hac uita nos allicit:longum & perẽne omne quod cruciat:nam ut poeta ĩqt: nulla est syncera uoluptas:& dulcedini semp amaritudo pmixta est.qđ Homerus poeta clarissimus innuit cum dicit : In limine Iouis duo dolia posita. Vnum mellis: alterum fellis plenum & singulis animabus e Cœlo in corpora descendentibus ex utroq; dolio portionem dari.

Testimonia ex sacra scriptura idẽ pbantia. cap.xxi.

h Is attestatur quod in psalmo dicitur uidi impium super exaltatum & excelsum sup cedros libãi & trãsiui: & ecce nõ erat.& iterũ uiri sanguinũ & dolosi non dimidiabunt dies suos: & si aliqñ p spero negociorum cursu lætant': si peccare non desinuntl uerificatur in eis quod Claudianus inquit:Tollũtur in altum:ut lapsu grauiore ruant:& in psalmo dicitur : Tu uero deus deduces eos in puteum interitus.Audire nõ pigeat qd in alio psalmo sanctissimus Dauid de hoc pessimo hoĩum genere sit locutus:& quibus eos uerbis insectetur Sic.n.inquit:quid gloriaris in malicia qui potens es iniqtate?tota die iniustitiam cogitauit.Lingua tua:sicut nouacula acuta fecisti dolum . Dilexisti maliciam super bonitatem.iniqtatem magis loqui ꝗ̃ æquitatem:dilexisti uerba præcipitationis:linguã dolosam.Propterea deus subuer-

tet te:in finem euellet te.& relegabit ac transmigrare te fa
ciet a tabernaculo tuo.& radicem tuam de terra uiuentiũ.
Videbunt iusti & timebunt:& super eum ridebunt:& di-
cent.Ecce homo qui non posuit deum adiutorem suum.
Sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ: & præualuit
in uanitate sua:Hactenus Dauid:alibi quoq; dicit.Inimici
aũt dei mox ut honorificati fuerint & exaltati: deficiẽtes
queẽadmodũ fumus deficient:huiusmodi hoĩes igiť dum
se impune peccare aduertunt:dum patientia dei male utũ
tur:dum oĩbus libidinibus suis ꝑfruuntur: deum negant:
ꝓuidentiam irrident:genus aliud uitæ non putant. & per
suasi aĩam interire cũ corpore:post mortem nihil nos fu-
turos existimant.ĩmo & desiderant:ne cõmissorum scele-
rum pœnas luant:Iccirco diciť in psalmo.homo cũ in ho
nore esset non intellexit.Comparatus est iumentis insipiẽ
tibus:& similis factus est illis.

De hominis excellentia: cap.xxii.

u Ide quæso:quod iam diu tamen uidisse te cre
do.Sed recole modo in quanta excellẽtia cõ-
stitutus est homo. Vt percipias q̃ ingratus sit
deo:qui passim ꝓstituit se diabolo:Est.n.tan-
tæ ꝑspicacitatis suapte natura homo:ut ingenio suo disci
plinas omnes ac artes excuderit:At quõ id factum Aristo
teles in primo libro metaphysicæ indicat dicens. hoĩem
Cui ociũ suppetebat.postq̃ sæpe piclitatis ĩ rebꝯ ac cõmi-
nus notis diu se exercuit:& acta ac euenta memoria colle
git:fecisse artes atq; disciplinas.& hoc nihil est aliđ q̃ qđ
A. Gellius refert dixisse Afraniũ poetam in togata cuius

hi uersus sunt: Vsus me genuit: mater peperit memoria: sophiam uocant me graii: uos sapientiam: sed Aristotelis sectatores & præsertim Eustratius in ethica ꝑsecuti sunt dicentes: ex his quæ eodem modo necessario semper eue niũt: prodiisse scientiam. a cuius regulis nihil excipitur: ex his uero quæ nõ semper sed tamen ut plurimum accidũt: artem factam. quam qa multas exceptiones admittit: & fal lere interdum uidetur artificem: dixit Agathon fortunæ amicam: At quæ sæpe fiunt nec tamen ut plurimum: sub ar tem redigi nequiuisse: sed circa ea uersari prudentiam. de his. n. homines consultando deliberant: Quæ autem per quam raro apparent neq; scientiæ: neq; arti: neq; consilio subdita casui ac fortunæ reliquerunt: Hæc igitur sunt hu manæ perspicacitatis indicia: quæ Plinius naturalis histo riæ libro septimo. capite. lvi. Ioannes etiam Tortelius in dictione horologium tribuentes sua inuenta singulis au thoribus latius prosequuntur: Tantæ etiam sublimitatis est homo: ut oĩum quæ cœlo continentur: immo & cœli ipsius ac dei sit Capax. Vnde philosophi gentiles multa de deo recte tradiderunt. Vt ꝙ unus: ꝙ immensus. ꝙ in corporeus: ꝙ sempiternus. ꝙ optimus: ꝙ omnipotens: ꝙ semper uigilans: ꝙ affectibus carens: ꝙ mundi opifex: ꝙ primus motor: ꝙ finis oĩum atq; principium: & de hoc genus aliis tam multa recte præceperunt: ut magna pars Theologiæ nostræ ab eis accepta sit: Cœlum autẽ quod tanto interuallo remotum est sic ducente oculorum acie ratio penetrauit: ut polos: ut axes æquinoctialem: eclipti cam maximas solis declinationes: tropicos: arcticũ: & an tarcticum: Circulos. necnon & apsidas seu epicyclos: mo tus etiam planetarum & firmamenti ita deprehenderit: ut

qui diligenter ſupputare & ad calculũ matheſeos reduce
re uoluerit uix errare unq̃ poſſit. Quod exemplo declara
tur Hipparchi.ipſe.n. teſte Plinio ſolis & lunæ curſus &
eclipſes in ſexcentos annos ſæculo ipſo atteſtãtẽ ꝑcinuit
non minus ueraciter:q̃ ſi conſiliorum naturæ particeps fu
iſſet. Tanti inſuper uigoris eſt: ut ſit eius aĩo celeritas uen
to citatior igne uolucrior:tantæ felicitatis:ut ſit paulomi
nus minutus ab angelis:ſicut propheta inquit: & ut phi-
loſophi dicunt in æternitatis horizonte locatus: hoc eſt
rebus æternis ꝓpinquiſſimus:& quo ad aĩum ꝑticeps æter
nitatis: Horizontẽ nanq; uocant Aſtronomi Circulũ:quo
uiſus terminatur & hemiſphæria diuiduntur:& dicũt ho
minem in eo cõſtitutũ:ꝙ imaginati ſint naturarum oĩum
congeriẽ diſtribui in duas partes: quaſi i duo hemiſphæ
ria:mundi hemiſphæriis ideo ſimilia:quia ſicut mundi ſic
& naturarum una congeries quæ æterna cõplectitur nos
latet.altera uero quæ tpe menſuratur apparet: hõ igitur i
horum hemiſphæriorum confinio ponitur : quia corpea
mole corporalia:& aĩ ĩmortalitate contingit æterna: & ẽ
utrorũq; quoddam participium partem ſui in hoc partẽ i
hemiſphærium illud extendens. Sortitus ẽt corpus quod
ĩmortalitatem poſſit induere:ad imaginem quoq; dei fa-
ctus: Oĩum præterea animantium dñs habens ad cuſtodi
am ſui angelos quaſi ſatellites:aut pædagogos: Cœli inſu
per niſi deum contemnat hæres futurus:dæmonibus hoc
eſt angelis malis & apoſtatis imperat. Vnde Hermes Triſ
megiſtus dixit hoĩem tantæ ſublimitatis:ut deos faciendi
habeat facultatem. Statuis.n. fabrefactis dæmones ad in-
habitandũ eas magicis artibus inducebãt: & eas quaſi a-
nimatas pro diis habebant. Inſuper & promerendi paradi

ſum habet arbitrium: & ut in ſecundo phyſicorum memi nit Ariſtoteles homo quodammõ finis ẽ oĩum: & ut Pli nius in principio ſeptimi libri de hiſtoria naturali dicit: cauſa hoĩs uidetur cuncta alia genuiſſe natura. Et iccirco ꝓdictus Hermes Triſmegiſtus. homo inquit magnum eſt miraculum o Aſclepi. & in ſecũdo libro Aſtronomicon M. Manlius de homine loquens ita inquit Eximiam natu ra dedit linguamq; capaxq; Ingenium uolucremq; animũ. quem deniq; ĩ unum Deſcendit deus atq; habitat ipſmq; requirit: Et in tanto demens conſtitutus honore: dum appetitum magis q̃ rationem ſequitur: comparatur iumẽ tis inſipientibus: quæ nullo rõnis moderamine ſed ſolo impetu feruntur appetitus.

Quæ ſit ſũma hominis miſeria. Caput. xxiii.

ſ Tatus igitur iſte flagitioſorũ hoĩum ſummæ miſeriæ qua nulla in hac uita maior eſſe põt: ſtatus eſt. ſumma. n. miſeria culpa eſt: Nam & ipſi dãnati & æternis pœnis addicti magis eo ꝙ culpis ſordeant: q̃ ꝙ pœnis doleãt miſeri ſunt. & ꝙ mi ſeriæ plus inſit culpæ q̃ pœnæ: ſi uacat & placidi rõnẽ ad mittitis edam: quod enim peius eſt: id miſerius: at culpa peior eſt q̃ pœna: Quid inquã peior. immo neq; mala eſt pœna cum iuſta ſit. omne enim iuſtum bonum. Sed ma lum dupliciter dici planum eſt: malum. ſ. ſimpliciter & ut Theologi dicũt malum huic: & fieri poteſt ut quod ſim pliciter bonum ſit: huic malum: Sicut pœna quæ ſimplici ter bona cum ſit: eſt tamen huic mala: quem cruciat: mala autem dicitur ꝙ bonum quoddam tollat. ſed quodnam

bonum: neq; enim simpliciter dicitur bonum: sed tripliciter: bonorum.n.quoddam honestũ: quoddã utile: quoddam delectabile: pœna de q̃ est sermo ñ oĩs boni genus: sed eius quod delectat expungit: & quia quod honestũ est non solum non destruit: sed fulcit: simpliciter bona ẽ. huic tamen mala qui plectitur: quia per eã uoluptate priuatur. Sed age dic utrum optabilius puniri insontem an sontem absolui: uel quod idipsum est culpa sine tortura: an tortura sine culpa. Si appetitum consulas: si beluarum prudentia utaris: modo impune feras culpam ridebis. At si mentem interrogas & cœlum suspexeris: non molestias tãtum uitæ naturales: uerũetiã carcerem: seruitutem: morbos: infamiam: ferrum: incendia: mortem deniq; ipsam culpæ antepones. Legimus admirandæ fortitudinis exemplũ singulare: Cui simile non habet gentilis antiquitas: Septẽ mulieres Cappadoces dum cruorẽ Blasii martyris: cuius agonem admirantes conuersæ fuerant: pronæ humi spongia colligunt: obiecto christianitatis titulo trahuntur ad præsidem. & cum post multas cõminationes inuictæ persisterent ministri magistratus genus omne tormentorum exponunt: Laminas eculeum plumbum liquefactum: & illos pectines ferreos: quibus Blasium modo discerpserãt: ad incutiendum terrorem intentant: & quo sit in spectaculo plus energiæ: quia contraria mutuo se exaggerãt ad numerum mulierum: septem thoraces igne candentes ad læuam: septem uero uestes xylinas mollissimas atq; candidissimas ad dextrã collocãt. iubentur utrũ malit ad nudũ ĩduãt: Vna illarũ relictis duobus infãtulis quos secũ hẽbat cursũ cõcita uestes xylinas corripuit: & ĩ ignẽ negãdæ

fidei incitamenta proiecit. Non est ad aspectum tam terribilium pœnarum exterrita mulier: nō ploratu natorum mater elanguit: duriora morte tormenta non horruit: sed naturam uincente constantia thoracem ignitum ad carnē induitur. O rem antea nunq̄ auditam. O facinus dignum æterna memoria. O exemplum ad confirmandos debiles efficacissimum. Nos autem a maioribus nostris tantū degenerauimus: tātum ab antiqua uirtute recessimus: ut uel minimo incommodo usq; ad dei blasphemiam prolabamur.

De delectatione: & an sit peccatum. Caput. xxiiii.

c Onducere ꝑposito satis arbitror: si ad ea quæ de concupiscibili atq; irascibili differebam redeamus. Dixi concupiscibilem uim in ea tantum quæ delectant: & irascibilem ī ea toto impetu ferri: quæ labefactare uidentur uoluptatem: hæc igitur ita se habent: sed altius ac intimius mente pergamus: rem reconditam cognitu dignissimam: & ex philosophorum ac Theologorum arcanis depromptam accipito: Si concupiscibilis quod cupit assequitur: & uoti compos fiat repente ex uictoria gaudium innascitur: flammescit: accenditur. Si consequi nequit: aut si quicq̄ offendit quod offendat: tristitiam incurrit: gaudium & tristitia operationes non sunt: sed ab operatione necessario profluunt. sicut palati delectatio non est ipsa cibi contritio: sed ex cōtritioue: sicut lux ex sole: calor ex igne: & pulchritudo ex iuuentute consurgit: propterea & si operatio ipsa in nostra est potestate ut amare & odisse: positis tamen operationibus: delectatio aut tristicia: uelimus nolimus: sen-

ſum inuadit:ſicut in noſtra eſt poteſtate ignem accendere at cum accenſus eſt:uelimus nolimus: ſplendet & calet: Hinc Plato dixit animas fieri malas non ſponte ſed inuitas. Nam licet peccandi operatio ſit libera:tamen habitus malus qui nobis maliciæ notam inurit ex actione libera neceſſario ſurgit:& animam inuitam capit & irretit: ex liberis ergo actionibus quædam neceſſario & naturaliter prodeunt:ut paſſiones & habitus:Dolor igitur corporis & animi triſticia ſimiliter gaudium & delectatio operationes non ſunt:uerum ex operationibus ſurgunt: amare & odiſſe quod eſt uoluntatis:ſenſiſſe pcipere:quod ſpectat ad ſenſum opationes ſunt:& ex his oriuntur ea quæ prædixi:mœror:lætitia:dolor:& uoluptas:quas latini per turbationes:noui Theologi paſſiones:Græci παθη dicunt. Et icirco eos qui natura uel more ſunt rigidi:nec ullis affectibus inflectuntur quales legimus Diogenē: Pyrrhonem: Heraclitum: Timonem:apathes hoc eſt imperturbabiles uocant. non igitur in perturbatione actionis. ſed in ipſa actione peccatum eſt. Si rem turpem amas:peccas:delectatio & libido:quæ ex amore turpitudinis manant:peccatum non eſt:propterea ſi ad flagitioſum opus inuitus uenias:q̄q̄ adſit uoluptas:nō tamen peccas:Si uero ad honeſtum facinus ultro te conferas: & ſi non delectaris:tamen recte agis: habes ergo in opere ſine triſticia officium:& ſine omni delectatione peccatū. In opere igitur præcedente non in affectione ſequente laus &uituperium:uirtus & uicium:Lucrum & damnum.

Redargutio quorundam theologorum de delectatione loquentium. Caput.xxv.

h Inc ſequitur minime uerum eſſe quod dicitur ad menſuram malarum uoluptatum torqueri malos in īferno.Sunt.n.plærią; quorū animus eſt ad peccata prōptiſſimus: ſed corpus ægrū ex cuius habitu friget appetitus:reſiſtit uoluptati:non ergo delectatio quæ pendet ex membris: ſed interior actio quæ pendet ex animo ratio penarum atq; mēſura eſt. Locus autem apocalypſis quem allegant ſic eſt exponēdus: quātum glorificauit ſe & in deliciis fuit. hoc eſt quātum delectari ſtuduit uel quātæ ſe delectationi expoſuit.mos enim ſcripturæ eſt:ut nonnūq̄ effectus pro cauſa ponatᷣ. ſic erubeſcere pro uerecundari:excandeſcere pro iraſci:geſtire pro gaudere frequenter uſurpant.hoc etiam ab aliquibus theologis ſic enarratur:ut delectationem duplicem dicant:unam quæ operationem antecedat: & hominem ad peccandum irritet:alteram quam uoluntas appetitu inardeſcente corrupta ex opere expectat:ut ei fruēdo ſe totam īmergat: huic ſecūdæ cōmenſurari aiunt pœnas: q̄bus contradicimus ea rōne ꝙ uoluntas non ſemper uoluptatem quā optat aſſequitur:non ergo deus delectationi quam peccās percipit:ſed ei quam ex peccato ſperauit tormenta retribuit.Appetitus ergo ſenſibilis:ut cœpimus enarrare:ſi rem gratam offendit:exultat & geſtit:ſi in q̄d piam quod offendat:incurrit:mœrore deiicitur:Tunc iraſcibilis pro concupiſcibili pugnans:quod nocet aggreditur.& ſi uoti compos fit:exultat:ſin autem nō poteſt:triſtatur & languet:Nec quiſq̄:oro:me redarguat ꝙ in enarrandis his uerboſior fuerim:nā quæ maior ſermonis uirtus eſt:q̄ ut apertus ſit. Adde ꝙ ſi ut Auguſtinus inquit:

dicere nihil eſt aliud q̃ quod animo cõtines auditori ſer-mone oſtendere: Certe qui dicendo id non conſequitur ut intelligatur:dixiſſe non uidetur:ſed iam ad cætera feſti nemus.

Quid ſit uirtus & uicium:& in quo ſita ſint. Ca.xxvi.

b Abes iam quid uitiũ:quidue ſit uirtus.Eſt nã- q̧ uirtus in cõcupiſcibili ſeu iraſcibili habitus per morem acquiſitus uires iſtas legi ſubiiciẽs: & ad omne rõnis imperium hoĩem ſemper ꝓ-uocans & inclinans:per morem acquiſitus inde dictum ẽ: ut non putes uirtutẽ moralem inſtar ſcientiæ a præcepto re infundi:aut id uirtutis eſſe quod natura ſua ſponte ꝓ-duxit:Sunt.n.plæriq̧ natura neq̧ ſcurræ neq̧ ruſtici ſed ur bani:ſed id non eſt in eis uirtus:at quædã potius naturæ felicitas ac dei donũ:Quod craſſus auus craſſi qui a par-this ĩteremptus eſt nũq̃ riſerit:Antonia Druſi nunq̃ ſpue rit.Pomponius conſularis poeta nunq̃ ructarit:natura id ꝑſtitit:non uirtus:propterea id ĩ eis:ut Ariſtoteles docet neq̧ Laude:neq̧ uituperio dignũ fuit.At ꝙ Socrates ſem per eodem uultu neq̧ hilari nimis:neq̧ turbulento uiſus ſit:id in eo uiro ſapientiaclaro uirtutem exiſtimo. Viti-um uero in eiſdem potentiis habitus eſt per morem in-ductus ad ea tantum inclinans:quæ ſenſui placeant & ap plaudant.Cum aſſueuit ergo concupiſcibilis parere ratio ni:Conſuetudo hæc temperantia eſt. qua ſuadente con-ſuetis homo abſtinet uoluptatibus:& a uitio quaſi ab ex taſi in ſe reuerſum turpitudinis ſuæ pudet ac pœnitet:

Eſt igitur bonus habitus aiæ ſanitas:ná ſicut corpus tum demum beneualere a medicis dicitur:cũ & recte opať: & a contrariis non facile uincitur:ſic ſecundũ philoſophos atq; Theologos tum animus eſt incolumis cũ ſecundum rõnem agit:& incitamentis malis non aſſentit : hoc ꝑ uirtutem habetur: Virtus igitur:ut ex ſentẽtia Platonis ante iam diximus:animæ ſanitas eſt.ꝙ ſi ſanitas:eſt & ꝑfectio.

De quibus deinceps agendum:& quantum ualeat ex arte certare. Caput.xxvii.

[S]Vnt Ariſtotele teſte in primo ſecũdoq; ethicorũ libris in diuerſis aiæ potentiis pro ingenio & natura ipſarũ diuerſi habitus ſpecieſq; uirtutũ. Verum poſt habitis aliis de his tantum agemus: quæ in iraſcibili collocanť:qm̃ hæc ſunt quæ plurimũ ualent animi tuo morbo cõducere:de fortitudine.ſ.ac patiẽtia : de ſpe & longanimitate:de perſeuerantia & fide ſubiicientes aliqua relatione digna:memoriæ iucunda:dulcia auditui:neceſſaria uſui.has uirtutes ſi tibi conciliaueris:ſi familiares: ac cõtubernales habueris:nullius hoſtis uim formidabis: ex omni periculo erueris : ĩ omni certamine coronaberis. nam cum ab initio ſanctorum comites ſemper extiterint & eorum ſtrategemata uiderint: docebunt te certare legitime:quod quãti momenti ſit audi Paulum dicentem:nõ coronabitur niſi qui legitime certauerit:Certant illi legitime qui bellicæ rei peritiam habent.peritiam autẽ illi hñt: qui exercenť diu ſcd̃m artem:quæ poſtq̃ trãſiuit ĩ habitũ: naturæ uim ſic eleuat : ut par diuinitati neſcio qd addat: Subiiciã hic ex libro uegetii de re militari primũ Caput:

ut cognito quid in corporalibus bellis certãdi lex ualeat: Certare ſpiritualiter tanto magis diſcas q̃to hoīs magis intereſt uicia ſupare q̃ hoīes.igitur eius hæc uerba ſunt:in omni prælio non tam multitudo & uirtus indocta q̃ ars & exercitium ſolet præſtare uictoriam.Nulla.n.alia re ui- demus populum Romanum ſibi orbem ſubiecıſſe terrarũ niſi armorum exercitio:diſciplina caſtrorum:atq; uſu mili tiæ: Quid.n. aduerſus gallorum multitudinem paucitas Romanorum ualuiſſet:Quid aduerſus germanorum pro ceritatem breuitas potuiſſet audere:hiſpanos quidem nõ tm̃ numero:ſed etiam uiribus corporũ noſtris præſtitiſſe manifeſtum eſt:Aphrorum dolis atq; diuitiis ſemp impa res fuimus: græcorum artibus prudẽtiaq; nos uinci nemo unq̃ dubitauit:ſed aduerſus hæc oīa profuit Tyronem ſo lertem eligere.ius:ut ita dixerim:armorum docere:quoti- diano exercitio laborare:quæcunq; in acie euenire prælıis poſſent.oīa campeſtri meditatione prædiſcere : & quoti- diāo exercitio roborare:ſeuere in deſides uindicādo.ſcia enim rei bellicæ dimicandi nutrit audaciam.Nemo facere metuit:quod ſe bene didiciſſe confidit:Et.n.in certamine bellorum exercitata paucitas ad uictoriã promptior eſt: Rudis & indocta multitudo expoſita ſemper ad cædem: hæc Vegetius:ex qbus conſtat:q̄ ſi tanta diligentia in ſpi ritualibus bellis hoīes uterentur : q̃ta in corporalibus uſi ſunt Romani:q̃q ſit hoīe diabolus & longi tpis experiẽ- tia & ingenii perſpicacia:& motus uelocitate præſtantior ſemper tamen uictores eſſemus:Nam quod habet minus a dæmone noſtra natura:ſuppleret deus pergratiam:ſi no ſtram uideret ſolertem induſtriam : Ariſtoteles in ethicis in uirtutibus inq̄t:ſcire ipſum parũ eſt: imo nihil.uti uero

atq; exercere plurimum:imo totum:& ibidem contra ignauos inuehitur dicens:Sed pleriq; non ita agunt:uerum ad disputationes fabulasq; conuersi putant se optime philosophari:ægrotos imitati qui uerba medicorũ audiunt q; dem diligenter:faciunt aũt nihil ex his quæ sibi præcepta sunt. Vt ergo illorũ corporibus non bene erit:qui ita curantur:ita nec illorũ animis:qui ita philosophantur.

Quæ sunt arma spiritualia homini cũ diabolo pugnaturo. cap.xxviii.

[H]Ortasse me miraberis ꝙ tibi qescere uolẽti & pacifico hoi ꝓponã militiã:bellũ ꝑsuadeã: & ad tyrocinii rudimenta solicitẽ. Ad te reuerte re :rõnẽ cõsule:& uidebis hoc eẽ salutare cõsiliũ:putas ne te inter hostiũ castra uicturũ in pace?aĩaduerte ubi sis: ubi cubes:in mũdo in carne cõstitutæ aĩæ:q qes quæ securitas q̃ pax esse põt? Memor esto uisionis beatissimi uiri Antonii Abbatis. q in excessũ mẽtis positus uidit totũ orbẽ laq̃is ĩpeditũ. Tota scriptura sacra ad arma clamãte:tibi ꝑsuades ĩ pace uiuere?Militia ẽ uita hoĩs sup terrã dixit Iob:ipi sanctorũ prĩcipes Apl̃i: & ipsorũ primi Petrus & Paulus & pugnãdũ nobis esse & pugnãdi artẽ & armaturã docẽt:Petrus.n.ĩqt.Sobrii estote & uigilate ĩ orationibus:qa aduersarius uester diabolus tanq̃ leo rugiens circuit q̃rẽs quẽ deuoret.Cui resistite fortes ĩ fide: Ecce bellãdũ dicit:hostẽ oñdit:piculũ nunciat:arma demonstrat sobrietatẽ:orationẽ fidẽ . his armis cũ diabolo ẽ nõ ferro nec funda dimicãdũ:hostis.n.q̃litas docet armatnrã alr̃ cũ gallis.alr̃ cũ pthis.alr̃ cũ liberis:alr̃ cũ seruis decernẽdũ:ppea Paulus ad ephesios scribẽs admõet eos cũ quo sint hoste cõgressuri:nõ est nobis inqt colluctatio tm̃ aduersus carnẽ & sanguinẽ:sed aduersus prĩcipes & potesta

tes:aduersus mūdi rectores tenebrarū harū cōtra spūalia
neqtiæ in cælestibus:aduersus igit spūales hostes:q certāt
p cælesti hæreditate tolléda:spūalia arma sūt hñda: & q
ná ea sint:bonus armorū doctor Paulus expssit:ppea iqt
accipite armaturá dei ut possitis resistere :ī die malo. Ar
matura dei uirtutes sūt:qbus mūitus hō iterior nō timeat
a timore nocturno:a sagitta uoláte in die:a negotio pam
buláte ī tenebris ab icursu & dæmōio meridiāo. Et subin
fert state ergo succincti lūbos uestros ī ueritate: hoc ē ue
re cōtinētes estote.ná q in agone cōtédūt ab oībus absti
nēt:& illi qdé ut marcescibilē coroná accipiát:nos át icor
ruptá.Lumbos succingere est libidinem ac libidinis instru
mēta uelare:ligare cōficere.Vñ & succinctoriū dicit uestis
qua pudéda uelant.a lūbis libido re & noīe descédit.di
cit.n libido & lubedo qsi lūbedo.sicut libet & lubet: &
utrūq; apd ueteres in usu fuit. Vñ & eqs libidinis pruritū
ineūtibus lūbos pcutiūt:& subiūgit induti loricá iustitiæ:
Est át iustitia quædá pticularis diuisa ī distributiuá & cō
mutatiuá:& hæc est qttuor Cardinaliū una: est & iustitia
generalis uirtus:q sit totius legis obseruatio legalis ap
pellata.de qua dicit ab Euripide:neq; lucifer neq; hespe
rus ita mirabilis.hæc igit loricæ cōparat: quæ armatura ē
& munimētū corpis qle ī antiqs ipatorū statuis uidemus:
hīs ēt cū numini addit Medusam ī pectore:nō ociosæ si
gnificatiōis signū:& de hac quæ ægis dicit:puto Paulū in
tellexisse.lorica.n.cū Medusæ capite iustitiá nō pticularē
sed legalē signat:quæ arca est illa pmethei in qua uirtutes
oēs iclusit Hesiodus.& bñ numini attribuit: q eá iustitiá
habere diuinū sit:ppterea loco prædicto addidit Paulus
ut possitis resistere in die malo.& in oībus perfecti stare.
Perfectus enim non est: nisi qui animo iusticiam lega
lem hoc est omnem uirtutem amplectitur. huic loricæ

Medusæ caput.i.saxifica uirtus inscribitur:qa aspectum ui ri qui omni uirtute sit præditus abhorrent dæmones : & præ timore stupiditate cõtracta lapidescunt: Et notandũ ꝙ armaturam grauem Paulus instituit cũ iustitiã legalem noĩauit:Est.n.duplex armatura:grauis & leuis : hæc quædam arma:illa oĩa continet: qui leui utuntur:ferentarios : qui uero graui cataphrattos uocãt:quo innuitur aĩam uolentem de diabolo triumphare oĩbus armis muniri & cataphrattam esse oportere. Subdit Paulus. Calciati pedes in præparatione euangelii pacis:quo præcepto imbuit̃ tyro spiritualis:ut oẽs animæ uires:quæ mouendi corporis funguntur officio:semper paratas habeat.Et ad capessẽda iussa diuina expeditas & promptas. Sic etiam a magistris rei militaris iuniores in primis ad gradum:ad cursum ad saltum instruuntur:& de Pompeio Salustius dicit : ꝙ cum alacribus saltu:cum uelocibus cursu: cum ualidis uecte certabat:nec enim aliter potuisset par esse sertorio:nisi se & milites frequentibus exercitiis parasset ad prælia: Prosequitur Apostolus in oĩbus sumentes scutum fidei. in quo possitis oĩa tela nequissimi ignea extinguere.Contra diaboli tela flagrantia prætendendum est scutum:non Crystallinum illud palladis quo contra Medusam usus est Mercurius:non qd̃ fabre fecit Aeneæ uulcanus: sed alterius materiæ:alterius artis.tela.n.diaboli non sunt ignea non sunt fulmina.non sunt phalaricæ:non sunt malta:qua Comagene luculli Romani fugauit exercitum: inuisibilia sunt tela appetitum ita succendentia:ut hoĩes illis sauciati se se in mortem sponte præcipitent.Illorum autem uim fides extinguit:subiungit Paulus:& galeam salutis assumite. galea quæ cassis dicitur munimentum est capitis: quo dat̃

intelligi oportere omnis ſenſus qui ſortiuntur ſedem in capite: defenſos eē memoria & deſiderio ſalutis æternæ: Sunt aũt ut phyſici uolunt ſenſus decem: quinq; exteriores qui oĩbus patent. & interiores totidem. ſ. ſenſus quẽ cõmunem uocant: phantaſia: imaginatio: æſtimatiua: memoria. his ita utendum: ut nihil imaginemur: nihil cogitemus. nihil in memoriam tranſire ſinamus. niſi pium honeſtum: ſalutare: diuinum: Iccirco dicitur a propheta: Cogitatio ſancta ſeruabit te. Turpes & ĩmundæ cogitationes miniſtri ſunt Sathanæ: & q̃q̃ animo blandiantur cauendũ tñ ab eis tã q̃ ab hoſtibus quorum tanto periculoſior eſt hoſtilitas: quanto i lecebroſior ē calliditas. Arma quæ hactenus memorauimus quandam patientiæ ſpeciem ió p̄ſeferunt: q͞p ſunt non ad offendẽdum idonea. ſed magis ſeruandæ ſaluti noſtræ & euitandis accommodata uulneribus: At quod addit Paulus: Gladius. ſ. ſpiritus quod eſt uerbum dei: ad fortitudinis naturam accedit. eius enim ē: ut ſæpe iam diximus: nõ pati ſolum: ſed etiam cum oportet iacturam inferre. uno autem modo uerbũ dei eſt Chriſtus: de quo Paulus ad hebræos: uiuus ē inquit ſermo dei & efficax: & penetrabilior omni gladio ãcipiti. & pertingens uſq; ad diuiſionẽ ſpũs & animæ: quia diuidit appetitum a ratione. alio modo quicquid inſpirante deo ſancti loquuntur eſt uerbum dei: quo gladio uſus ē Stephanus cum ſtaret in concilio contra iudæos: Propterea de iudæis dicitur diſſecabantur cordibus & ſtridebant dentibus i eum: uſus eſt & ipſe xp̄us: cum poſt ieiunium quadraginta dierum eſt congreſſus in deſerto cum diabolo: Exorciſtæ qui latine adiuratores dicũtur diuinorum uerborum uires agnoſcunt: & eius præcipue nominis: qđ quia quat-

tuor litteris ſcribitur tetragrãmaton dicitur.pro quo nos dñs:hebræi uero legunt adonai:Qui ergo prædictis ar/mis ſe munierit:erit ille fortis armatus: de quo xp̃us dicit in euangelio.Cum inquit fortis armatus cuſtodit atrium: in pace ſunt oĩa quæ poſſidet:Sic ergo ĩſtructus ſtabis ad ianuam:Sunt aũt ianua ſenſus exteriores:atrium uero ite/riores.& conſcientiæ domum ita cuſtodies: ut ab hoſtili defendatur ingreſſu.Si in principio pugnæ fortiter fece/ris:& inſtar Torquati hoſtes deieceris:arcem ratõnis op pugnantes:a rege noſtro breui coronaberis.Et ut de pu/gna magis q̃ de pace cogites : paucis ita concludo: To/ta hominis uita eſt pugna uel ſeruitus:dum tu pacem co gitas:uitia te impugnant:ſi non pugnas:uinceris:ſi uince/ris ſeruis:uita ergo eſt pugna uel ſeruitus: quem pugnare piget:ſeruire oportet:Et ſi qui impii ſunt qui pacem ha/bere uideantur:pax iſta non eſt pax:quia non eſt pax im/piis:dicit dñs:ſed habere pacẽ uident̃:quia ſpõte ſeruitiũ ferũt:& ſe diaboli fecere mãcipia: Dicat ergo aĩa mẽbris corpis quæ pugnæ diuturnus labor offẽdit illud Marõis

O ſocii (neq; enim ignari ſumus ante laborum).
O paſſi grauiora:dabit deus his quoq; finem.
Durate:& uoſmet rebus ſeruate ſecundis.

Quo fine ſanitas quærenda eſt. Cap.xxix.

d Icturus de his uirtutibus ne inter dicẽdũ tibi grauius ſubrepat ĩcõmodũ:ſtatui te paucis ad monere:ne in eorũ ſnĩam uenias: qui cũ ægro tãt:tãto deſiderio ſanitatis urgẽtur:ut hippocratis & Aui cenæ remediis nõ cõtenti uſq; ad deliramẽta uetularũ & magicas incantatões inſaniant:accipe igit̃ hoc noſtræ mi litiæ documentũ:& more romanorũ diſce ĩ pace ita dimi

care:ut cum bellum ingruerit:non frangare. Quotiēs igit̃ iniucundi qd accidit:qđ appetitū & sensum offendat: ut phthisis:febris:morbusue alius licet displiceat toto conatu contine irascibilē:,ne ad ꝓpellēdū repēte cōsurgat. Cōsueuit.n.temerarie niti & ipetuose rōnē āteire: & id theologi surreptōem uocāt.añ igit̃ rōnē cōsulito:quæ ē recti tudinis idex:& ī regno aiæ dei uicaria:& an morbus hic ferēdus an abigēdus sit iuestiga.rñdebit rō pythagoricū illud:curandū ē ut sit mēs sana ī corpe sano:nā corpus aiæ tanq̃ instrm̃ a deo tributū est.ut ad id qđ rō posceret: se idoneū & obtēperās exhiberet:at cū infirmū ē:neq; ī publicis neq; ī priuatis negociis seruit:& tunc aīus corpe q̃si ꝯpede quadā ꝓpeditus a naturæ & uirtutis cessat officiis fitq; cōtra naturā mēbrorū seruus:quæ moderari debet ac regere. Dicit.n.Crispus:aī iperio:corpis seruitio magis utimur. Rōnis ista qdē ꝓbabilis ē;& æqua rñsio:cui ēt Pauli apl̄i ad Timotheū scribētis cōsentit auctoritas. Sic.n.ait. Noli adhuc aquas bibere:sed modico uino utere pp stomachū tuū:& frequētes tuas īfirmitates. Appetitus uero & ipse sanitatē suadet ut rō:sine tñ differt.optat.n.sanari ac bñ ualere nō ut examussim & castigate opet̃:sed ut libidinose ac licēter īqnet̃.ut.s.more canū ad uomitū redeat & more suis ad uolutabrū luti. Sed hic ē aiæ oculus neq̃: q opus oē tenebrosū facit:neq;.n.ad normā respicit:& iō neq̃ ē oculus.qa eius malus ꝓspectus:limus aspectat.strabo ē.imo luciosus:nā ī luce coecutiēs uidet ī tenebris: lux ē uirtus:tenebræ peccatū:ī his quæ sūt pc̄ti ē circūspectus oclatus & sagax:ī his ē argus:ī his ē Tiphys:ī his ē Dædalus:ī his uero q̄ ad uirtutē & sapiētiā ptinēt:iners:ignauus muricidus:sōnolētior phoca:pigrior coclea:cæcior talpa

at rationis bonus eſt oculus. finem namq; probitatis intẽdit: regulam ſemper tenens & perpendiculum: ꝑpterea & opus eius eſt nitidum rectum interpolatum ac lucidum: lucem non refugit uideri non metuit: at opus malum tenebrarum amicum deliteſcere cupit. & in publicum utpote ſuæ deformitatis conſcium: prodire non audet. Timet occurrere ſatyricis: cynicis: ueteribꝰ comœdis: ueris nomẽclatoribus: tetricis cenſoribus. pudet appellari quod non pudet eſſe. Ingeniis noſtris naturæ uis inſita uirtutẽ in nobis depingit & uicium: nam cum de uiciis loquimur contractis ſuperciliis fronte caperata toruo aſpectu truculento uultu uerbis atrocibus fulminamus. Species hæc uiciorum. Sed cũ ſermo eſt de uirtutibus ex intimis animæ penettalibus exit in faciem feſtiuitas hilaritas: alacritas: exit in uerba quædam ſuauiloquentiæ pulchritudo non fucata: quæ ſi perpenderis uirtutis imaginem conatur exprimere. Accedit & famæ uulgare iudicium uiciis non parcens. quod ore non poteſt: more Philomenæ ſcripto promulgat: ſanitatem ergo fine propoſito quem rõ conſulet quærere licitum: imo & debitum: finem uero appetitus reſpicere: turpe ac inhoneſtum.

Quomodo quærenda eſt ſanitas. Cap. xxx.

Ed ita finis rectitudo non ſufficit: niſi modus quærendi ſit licitus licita ſunt quæ lege conceduntur. conceduntur autem quæ nõ prohibẽtur. omne quod peccatum eſt: prohibitum ẽ: & omne quod prohibitum: peccatum. Propterea ut pituitam cures: fornicari non licet: nec audiendi ſunt medici q

d corporis ſanationem:peccatum inducũt.quæ.n.demẽ-
tia eſt:ut corpus mundes aiam inquinare? id ſimile eſt ut
argentum ſerues aurum amittere:ne ueſtẽ amittas:corpus
occidere.Legimus Conſtantinum impatorem graui quo-
dam morbo laboraſſe:cui erat medicorum iudicio cruor
humanus ſingulare remedium:qđ optimus princeps chri-
ſtianis dogmatibus nuper imbutus cum audiſſet: abhor-
ruit:& malle ſe dixit ſemper ægrotare:q̃ tam ĩmani reme-
dio cõualeſcere: & q̃q̃ hoc de Conſtantino non legerim
loco ſatis idoneo:qꝑ.ſ.eo morbo laborarit: tñ fidẽ facit
Plinius qui in uigeſimo ſexto de naturali hiſtoria libro ca
pite primo ſic inquit.Diximus elephãtiaſim añ Pompei
magni ætatem non accidiſſe in italia.& ipſam a facie ſæpi
us incipientem in nare primum:ueluti lenticula:mox inua
leſcente p̱ totum corpus maculoſa uariis coloribus:& in-
æquali cute alibi craſſa: alibi tenui :dura:ceu ſcabie aſpe
ra:ad poſtremum uero nigreſcẽte:& ad oſſa carnes appri
mente intumeſcẽtibus digitis ĩ pedibus manibuſq;.Aegy-
pti peculiare hoc malum:& cũ in reges incidiſſet populis
funebre:qppe ĩ balneis ſolia tempabant̃ humano ſangui
ne ad medicinã eã.ſic Plinius.quẽ locũ citauimus ut id me
dendi genus olim ĩ uſu fuiſſe cõſtaret.Sed qđ mox ſubin
fert Plinius credi hoc de Cõſtantino nõ ſinit.ait.n.Et hic
qdẽ morbus in Italia celeriter reſtinctus ẽ. ſi ergo tpe Pli
nii q ſub Veſpaſiano floruit: erat iã reſtinctus hic morbꝰ
ĩ Italia:ſiꝭe ueri nõ eſt Cõſtantinũ eo laboraſſe:q poſt lõ-
gum tp̃s impauit.ſed his omiſſis ad ea ueniamus uñ põt
nobis impẽdere piculũ.Prohibitæ igit̃ ſunt icãtatões:ſor
tilegia:ac ſupſtitões oẽs.q̃ ſunt ſimpliciũ uetularũ delira-
menta.nõ deridicula ſolũ uerũ & peſtifera:ac graui cenſu
ra coercenda:& ſi uim aliquã uident̃ habere:nõ uerborũ:

non ſignorum:non dei uis illa eſt.ſed fallacium dæmonũ nos uanis obſeruationibus illaqueare ſtudentiũ.Eſt ĩ qnto decretaliũ libro caput:cuius initiũ ẽ.Cũ infirmitas corporis.Vbi duo in medicos decreta ſunt.primũ ut priuſq̃ ad infirmorũ curã deueniant: eos admoneãt ut medicos aduocẽt aĩarum.Alterũ ne infirmis quicq̃ ſuadeant:quod in ꝑniciem uergat aĩarum.Petrus aponẽſis uir magnæ ſed nimium audacis temerariæq; doctrinæ ſecutus Orpheũ. Zoroaſtrem:Porphyriũ:Apuleiũ & cæteros dãnatæ magiæ ſtudioſos in cõciliatore ſcribit incantationes ad infirmorũ curã conferre q̃plurimũ.Verũ quia in decretis Gratiani:ca.xxvi.queſtione.v.capite nõ liceat.Vanas iſtas ſtellarum & incantationũ obſeruatiões uidetur ſanctorũ patrum dãnare ſñia.Petro aſſentiendũ non cõſulo:ſi tñ uerba ſint ſancta:fideliter & nulla ſupſtitione ꝑlata: ut ſymbolum fidei:& oratio dñica:nõ dãnauerim : uerũ ea cum pcti ſuſpitione carebunt:non iã incantamenta ſed religioſa uerba:aut ſacræ preces appellent̃.eadem quæſtione in decretis capite ultimo:gẽmas herbaſq; ſanitatis gratia:ſiñ ulla incantatõe deferre cõceſſum eſt.imagines uero aſtronomorũ:characterefq; ꝑter crucis ſignũ penitus dãnãtur. de quibus ẽt apud Thomã aquinatẽ multa in ſcda ſcdæ parte reperies quæſtione.xcvi.cum ociũ lectioni uacare te ſinet.ſed hæc breuiter dixiſſe uolui. ꝗ hac noſtra tẽpeſtate pleroſq; uidemus his malis artibus deprauatos clã inita cũ diabolo amicitia q̃plurimos ſeducere:& grauiſſimis erroribus aĩas implicare.nos aũt quibus propoſitum eſt nũq̃ a catholica puritate diſcedere:talia flocipẽdimus eligentes magis ſemp ægrotare:q̃ cum ſaluatoris cõtumelia ſanos eſſe.Dãnari hæc ẽt & irrideri uidentur a Plinio libro naturalis hiſtoriæ.xxviii.Capite ſcdo.tertio.& quar-

to:ubi recitatis q̄ plurimis huius curiosæ ac superstitiosæ uanitatis exemplis:in fine secundi capitis subiungit.Qua propter de his ut libitum cuiq; fuerit opinet᷑.Cætera igi-tur quæ approbati medici remedia docent: non solum a spernanda non sunt:uerū etiā diligenti cura sumenda:me dicisq; parendum:si peritiam habeant medicādi dicente scriptura:honora medicum.propter necessitatem.n. crea-uit illum deus.& infra paululum. Deus creauit medicinā de terra:& uir sapiens non abhorrebit eam. Cū post ma ris rubri transitum uenissent iudæi in locum ubi fontes e rant amarissimi:deus consulenti Moysi remediūq; petenti lignum indicauit:quod naturali ui sua missum in aquas a maritudinem abstulit.poterat sine ligno solo uerbo suc-currere.sed ne res naturales frustra fecisse uideretur : mo-nuit ubi opus est fugiēdum ad eas. His igitur quæ lex & rō damnant prætermissis:sic de corporis sanitate curandū est:ut quicquid agitur ad animæ sanitatem referatur.&ab animæ salute sumatur exordium.Quod si cōtingat sanari non posse:Sūt enim morbi quidam incurabiles : uirum sa pientem æquo animo ferre decebit morbum tanq̄ a deo missum:qui nunq̄ percutit nisi ut sanet : qui nos castigat ut meliores reddat.& ex damno iacturaq; corporis pro-fectum quærit interioris hominis.

De patientia. Caput.xxxi.

s Ed iam ad fortitudinis & patientiæ tractatum ut ꝓmisimus : per cōpendiū sermonis accedā. Mala quæ accidunt aut inferuntur licet ut ante dixi repellere seruata norma legis & rōnis.ha-

bitus in iraſcibili:qui ad hoc inclinat:fortitudo dicitur.fa cit enim aíum ad ſubeunda pericula ſublimẽ:elatũ atq; cõ ſtantem:& q̃tum & qñ oportet ſemp audentẽ:ut nõ ſeca ri:nõ uri:nõ amaris potari metuamus: aíos igitur ocioſos excitat.excitatos erigit:erectos firmat:& ĩmobiles reddit. hæc ĩ infirmo uirtus tũ optima ẽ:cũ ſaluti locus eſt:ita tñ ea utendũ ut frenetur iraſcibilis:nã moræ impatiens excã deſcit:& bile quaſi bos oeſtro cõcitatur:natura uero non ſtatim:nõ in momento:ſed tractu tpis operatur.At ubi ſa nandi ſpes nulla eſt:debet infirmus ſeſe cohibere.& amu letum ferre patientiæ.Patientia ergo habitus ẽ in iraſcibi li:quæ nõ ad ĩpugnandũ ea quæ concupiſcibilẽ offendũt & ſenſui nocent:ſed ad æquo aio tolerandũ inclinat. ipſi us nãq; iraſcibilis flãmam extinguit:rabiem ſedat:furorem emollit.fiet aũt in nobis hic habitus:ſi aduerſa mitiſſime & ſine reſiſtentia frequenter feramus.ſic.n.paulatim uiolẽ ta hæc & ĩmaniſſima fera põt ſubigi frangi ac domari:tã toq; eſt maior patientiæ q̃ fortitudinis uirtus:quãto gra uius ac difficilius ẽ malis:nullo pacto q̃ recte reſiſtere.for titudo.n.ut aiunt iuriſconſulti cum moderamine inculpa tæ tutelæ:hoc eſt ſicſe tuendo ut culpari non debeat reſi ſtit.patientia nullo mõ.Hinc Iacobus dicit. Oẽ gaudium exiſtimate fratres cum in uaria tentamẽta incideritis. Sciẽ tes q? ꝓbatio fidei ueſtræ.i.dum aduerſa patimini: patien tiam operatur.Patientia uero opus perfectũ habet.nã cũ habitus eſt inductus:tũ demum perfecte opamur.non.n. ualet patiens niſi habitũ habuerit plene operari.iuuat nã q; habitus rõnem & coniunctis uiribus fortius enitũtur. Scotus in tertiũ ſniarum diſtinctione xxxiiii. fortitudinẽ dicit genus eſſe ſub quo ſpecies collocãtur duæ una qua aduerſa repellendo certamus.& hanc bellicoſitatẽ uocat.

altera qua æquanimiter ferimus:& patientia dicit̃.atq; ita fcd̃m eum nõ diſtiguit̃ a fortitudine patiẽtia:ut ſpẽs a ſpecie:ut hõ a leone:ſed ut ſpẽs a genere:ut puta hõ ab aĩali. & erit patientia bellicoſitate tanto pſtantior quãto appetitum magis ĩfrenat.De his aliter ab aliis diſſeri & pcipue a Thoma aquinate neſcii non ſumus.ſed more academicorum nulli ſectæ addicti ex unaquaq; arbitratu noſtro quod placet aſſumimus. Hæc de ueræ patiẽtiæ uirtute tradita ſint.Eſt.n.alia quædã malorum tolerãtia : quæ uirtus non eſt:ut in auarorũ negociis eſt cernere:de quibus Horatius inquit.Impiger extremos currit mercator ad indos. Per mare pauperiẽ fugiens p ſaxa per ignes. Verũ hãc duriciem rectius uocaueris teſte auguſtino.Neq;.n.uere patiens eſt:qui ut dicetur ſuſtinet tot aduerſa. patiens eſt q pro uirtute:pro legibus:pro pietate:pro deo nititur: quicquid acciderit ferre:nec frangitur.

De gradibus patientiæ. Caput.xxxii.

u Erum patientiã quæ uirtus eſt excellentiſſima tres habere gradus inuenio: unnm qui & pfectiſſimus eſt:illis attribuunt : qui aduerſa non ſolũ cum opus eſt ferũt:ſed ẽt quæſitũ eunt:& quaſi mercenarii opus unde aliquid lucrent̃ inquirũt: & quod inquirunt inuento gratulantur.horũ quoq; duo ſunt ordines. Martyres quidã.Confeſſores alii.fuerunt.n.tpibus illis cũ in pſecutione creſcebat eccl'a:ſicut ſub Nerone primũ:deinde ſub Domitiano:& pleriſq; aliis imperatoribus: mlti chriſtianorũ:qui aſpirante dei gratia tanta fortitudine & patientia excellebant:ut tormẽtis cruciatibuſq; tyrannorũ uolũtarie ſeipſos:cum latere poſſent:obiicerent.Secũdus

ordo Confessorum est:quibus & si tyranni pepercerunt: ipsi tamen sibi non parcentes:& in seipos irati quod pœnitẽtiæ genus est optimum:crucem suam tulere post christum. Isti coram hoibus modici ac humiles sed deo magni & excelsi sunt illi de quibus in die indicii quando cõscientiarum libri proferẽtur:iudex uiuorum ac mortuorũ dicet: Venite benedicti patris mei percipite regnũ quod uobis paratum est ab origine mundi. Tunc in istos Christi paruulos sæculi principes ac magnates qui modo thesauris incubant:horrea dilatant.mollibus uestiuntur:splẽdide conuiuantur:alterius uitæ ritum admirantes & prætristitia spiritus gementes: repetent illud sapientiæ dictũ. hi sunt quos aliquando habuimus in derisum & in similitudinem improperii:nos insensati uitam illorum existimabamus insaniam.& finem illorum sine honore.Ecce quomõ computati sunt inter filios dei:& inter sanctos sors illorum ẽ.ergo errauimus a uia ueritatis:& de hoc iam satis. Primus igitur hic atq; optimus patientiæ gradus est. In quo si Ludouicum morbiolum conciuem tuum q ãno p̃terito functus est uita:collocauero:q̃q̃ multi sint:ut semper fuerunt:qui iusti simplicitatem derideant:nõ ero fortasse grauiter condẽnandus.Secundus gradus est eorum: qui non quæsitum eunt nec inuitant ad se mala: attamen cum ueniunt benigne suscipiunt:& reuerenter tãq̃ dei nũcios amplexãtur.Ex horũ numero fuisse Iob arbitror:cuius in patientia nomen est clarum. Ipse nanq; cum suorũ cladem audisset cælum suspiciens dixit. Dominus dedit: dominus abstulit:sicut domino placuit ita factum est.Sit nomen domini benedictum.huic adiungendus est Thobias qui cœcitatem oculorũ tam patienter tulit:ut ab angelo curari meruerit.Tertium ac infimũ patiẽtiæ gradum

illi ſibi uendicant:qui mala neq; quærunt:neq; cum uene-
runt gratanter accipiunt:ingreſſa non eiiciunt:ſecũ patiũ-
tur grauate ferunt. conqueruntur ẽt.tñ ſedata bile in deũ
non elati muſando tranſeunt: & a uicio parũ diſtantes ĩ
extremis patientiæ marginibus ſedent.Et hi ſunt qui no-
ſtra hac ætate uiri boni ſunt.uix reſtát nobis antiquæ uir
tutis iſtæ reliquiæ:& raris quidem in locis. ut periculum
ſit ne & ipſæ quoq; breui collabantur.

Venerandi fratris Baptiſtæ mantuani Carmelitæ Iſago
ges ad patientiam.Liber ſecundus.

Quod patientia uia eſt ſanctorum ad cœlum.Ca.primũ.

h

Is igitur maiore fide q̃ eloquentia di
ctis uelim te uir p̃ſtantiſſime paulo al
tius inſpicias:& abiectis ſæculi curis:
& ſpinis illis quæ iuxta chriſti para-
bolam ſemen.hoc eſt uerbum dei fru
ctificare non ſinũt:exciſis:teipſum in-
trinſecus quæras.iuxta illud perſianũ:
nec te quæſiueris extra:& cum animo tuo rõnem ponas:
aĩaduertaſq; in quonam patientiæ gradu ſis conſtitutus.
Quod ſi fortaſſe:qđ mĩme ſuſpicor:a patiẽtia te excluſũ
uideris:ſcito te a ſc̃tõrũ ſorte ſepatũ. Quotquot.n.a mũ
di exordio ad nrãm uſq; ætatẽ deo placuerũt: crucis pati
bulũ ĩ mortali ſuo corpe portauerũt. Audi qd ĩ pſalmis
dicit̃.Propter te mortificamur tota die eſtimati ſumus ſi
cut oues occiſionis.Itẽ trãſiuimus p aquã & ignẽ:& edu-
xiſti nos ĩ refrigeriũ.Paulus ad hebræos de ſanctis ita lo-

q̃tur. Alii ludibria & uerbera exp̃ti: insup & uicula & carceres: lapidati sunt: secti sũt: tẽtati sũt: ĩ occisiõe gladii mortui sunt: Circũierũt ĩ melotis: quæ sunt pelles ouinæ: ĩ pellibus caprinis. egẽtes: angustiati: afflicti: q̃bus dignus non erat mũdus: in solitudinibus errãtes: in mõtibus: ĩ speluncis: & ĩ cauernis terræ. Sed qd p multa uagor? Non ne Innocentissimus abel quẽ iustũ ĩ euãgelio Xp̃s appellat: primus oium sanctus ab ipso fratre Chaim occisus ẽ? Dauid quẽ scd̃m cor suum deus iuenit unxit & erexit: nõne regis Saul: nõne allophylorũ: nõne filii dilectissimi petit̃ insidiis? Nõne Iesaias ĩ duas ptes sectus? nõne Hieremias lapidibus obrutus? nõne Helias a Hiezabel fugatus? nõne Zacharias barachiæ filius inter tẽplũ & altare ẽ occisus. Pro salute patriæ Iudas maccabæus diu fortiter ac aiose pugnãs cũ tota fratrũ stirpe deletus ẽ. sub Alexandri magni successoribus ut maccabæorũ testat̃ historia: Iudæi q legẽ uereri & obseruare uoluerũt misere trucidati sũt: iter quos eleazarus unus d̃ seniorib9 scribarũ: uir ætate pu̧ectus uultu d̃corus: uitæ sanctitate uenerabilis: cũ porcinã carnẽ cõtra legis ĩstituta comesse cogeretur: maluit iuste & religiose mori q̃ flagitiosam ignobileq́; uitã paulo ãplius pduceret. dũ igit̃ in tormẽtis cõstitutus uicinã mortẽ uideret: sic exclamasse dicit̃ gemẽs: Dñe q habes sanctã sciam: manifeste tu scis: qa cũ a morte possem liberari: duros corpis sustineo dolores. scd̃m aiam uero pp timorem tuũ libenter hæc patior: fuit iste p̧fecto dignissimus: q in cœlũ recipet̃ qm̃ tã aiose tã fortiter terrenum hoc corpus pro lege dei tormentis obiecit. Taceo Ioannem baptistam: taceo apostolos: taceo martyres: qm̃ nota magis nulli domus est sua: Ioseph Innocens a fratribus uenditur. Susana detestabilem calumniam patitur. Daniel leonibus obiicitur.

Sed quid plura? Terrena hæc habitatio malis ē mater: bo
nis nouerca. Tu ergo Carole Antoni noli triſtari: imo ma
gis gaude: & gratias age ꝙ in hoc uenerādo cœtu tot ſan
ctorum pari cum eis ſorte numereris: nihil hæſitans breuī
futurum ut ſicut cum eis fueris in pœnis: ſic etiam cum eis
in cœlo coroneris. Nonne meminiſti ꝙ non ſunt condi-
gnæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam: quæ
reuelabitur in nobis: Quod ſi meminiſti: cur tātum te ma
ceras: cur mœrore conficeris: In hoc dolorū torculari pre
meris ut fructum afferas: ut conſcientiæ rubiginem exuas
ut cœleſtem animum in cœlum attollas: Si dicat aurū ar-
gentario cur me coquis: cur me cædis: cur me lanias? non
ne recte reſpondebitur ut perficiaris: ut ad eam ad quam
es genitum gloriam peruenias: Propterea ſcriptum ē: quē
diligit deus: corripit: & caſtigat omnem filium quem reci
pit. Eſt teſte Plinio quoddam aquilæ genus: quod haliæ-
tum uocant. hæc pullos mox ut nati ſunt: cōtra ſolem ſta
tuit: quos fixa acie ſolem ferre poſſe uiderit: ſeruat educā
dos: quos autem oculis cōniuere & radiis offendi depre
henderit: tāq̄ indignos uita eliminat. Nō aliter profecto
deus nobiſcum agit: nam quos uidet ī aduerſis aīo deiici:
educare non curat: qui uero ſubſiſtunt ac durāt: cuſtodit
& nutrit. de quorum numero fuit ille qui dixit: ꝓpter no
men tuum deduces me & enutries me: Item ſicut adipe &
pinguedine repleatᷣ anima mea: & ipſe deus apud Ieſaiam
de Iudæis conquerēs. filios inquit enutriui & exaltaui. ipſi
autem ſpreuerunt me: Quamdiu enim beneuiuēdo Deo
adhæſerunt cum eo qui dixit: Mihi autem adhærere deo
bonum eſt: & ponere in Deo ſpem meam: tādiu eos pa-
uit & rexit: At poſtq̄ cū filio: prodigo receſſerunt ſubſtā

tia ſua portione conſumpta.quia nunquã ad patrem re-dierunt:porcinis cibis ali:& in agreſtem naturam tranſire permiſſi ſunt.

Rões philoſophorum cur corpus humanum factum ſit fragile. Cap.ii.

a T dicet quiſpiam qui mundi huius harmoniam ignoret:Cur humanum corpus tam fluxũ ac fragile fabricatus eſt deus:cum lapidibus & ferro tantam duriciem reſiſtendiqꝫ potentiam indiderit? Quid huic reſpondebo: niſi ꝙ apud.A. Geliũ libro ſexto noctium atticarũ capite primo dixiſſe Chryſippum in libro de prouidẽtia legiſſe me memini? Ait.n: non fuiſſe principale naturæ cõſilium ut faceret homines debiles:ac morbis obnoxios.Nunq̃.n.conueniſſe hoc naturæ autori parentiqꝫ omnium rerũ bonarum: ſed cũ multa magna gigneret pareretqꝫ aptiſſima ac utiliſſima per ſe quelam adiuncta ſunt incõmoda:Nã cum ratione ſubtiliſſima deus hominem fingeret:utilitas ipſa operis poſtulauit:ut tenuiſſimis minutiſqꝫ oſſiculis caput compingeret. ſed hanc utilitatem rei maioris alia quædam incommoditas extrinſecus conſecuta eſt:ut.ſ. eſſet caput minus munitum:ictibus offenſionibuſqꝫ paruis: ẽt peruium ac fragile:Inde quoqꝫ morbi ægritudineſqꝫ cõſecutæ ſunt:hãc ſententiam contemplatus Auerrois in librum Ariſtotelis de anima dixit.Senſus in animalibus cauſam dediſſe breuioris uitæ.Nã ut euidẽtius certiuſqꝫ ſentiamus:carnes oportuit eſſe molliſſimas:at molliora facilius offenduntur:magiſqꝫ patent nocumẽtis q̃ lignea duraqꝫ corpora: Vtilitas igitur hominis ad hãc operis qualitatem duxit artificem:

qua de re qui conqueruntur(Conqueruntur autē ſoli im
periti)merentur ſenſu rōneq; ſublatis:in lapides & ligna
cōuerti:quorū naturā magis æmulātur.Finge per ꝓſopo-
pœiā:quā poetæ & prophetæ ſæpe uſurpāt:duos corā te
ligni trūcos humi iacētes interrogāti tibi rñdere:Interro-
gētur autē quidnā eſſe malint:quā a fabro formā ſortiri
cupiāt.Rñdeat primus:Citharā me facito. Alter in aratrū
me dolato.Citharæ rō ſubtilitatē poſcit tabellarum.Cor
puſq; quod facile lædi & cōfringi poſſit. Quid igitur ſi
lignū poſtq̄ ut popoſcerat Lyræ formā ſortitū ē ꝺ ſua fra
gilitate cōqueratur:admittemus ne hāc q̄rimoniā:an non
potius obiurgabimus & ingratitudinis ac inſipientiæ trū
cū accuſabimus:ꝙ opifici gratias non agat? & formæ no-
bilitati duriciē ꝑ̄ferat? Sic profecto de noſtra hac fragili-
tate:ſeu ut philoſophi dicunt:naturali impotentia quam
uitalium operationum ratio poſcit conqueri: hoīs eſt in
grati ſimul & ſtulti. Quis enim mentis compos ſine his
quidpiam conſequi ſtudeat quæ iuncta illi neceſſario ui-
deat? hoc eſſet naturam uelle ſubuertere:& ut ita dixerim
exoptare ſolem ſine luce:terram ſine mole:Mundum ſine
Deo:In hoc ſumus ſapiētes dicit apd' Ciceronē Cato:ꝙ
naturam optimam ducem ſequimur:eiq; paremus.Subiice
re libet:quod Plotinus Platonicus uir excepta infidelita
te diuinus in primo de prouidentia libro capite.xi.de hu
iuſmodi ſenſerit:ait nāq;.Quēadmodū artifex ñ oīa quæ
in aīali ſunt efficit oculos.Ita neq; rō fecit oīa deos. Verū
alia qdē eē deos ſtatuit:alia uero dæmones ſequēti natu-
ra.Poſt hæc aūt hoīes:anīaliaq; deinceps: neq; idquidem
inuidia ſed rōne intellectualē hñte uarietatem. Nos au-
tem ſic affecti ſimus ſicut imperiti picturæ: qui pictorem

damnant:ꝙ non ubiq; pulchros æque colotes posuerit. Pictor autem unicuiq; parti qđ eam decebat attribuit: Ciuitates quoq; bene institutæ non æqualiter í omnibus disponútur: Præterea quis nam comœdiam tragœdiamq; uituperet: ꝙ omnes in ea non sint heroes: sed intersit & seruus: & rusticus aliquis rudiori uoce pronuncians: Poema tamen nō erit pulc rū: siquis inde tollat deteriores: hæc Plotinus: quæ quia sunt nostris admodū cōsentanea subieci. Ergo duplex hoīs natura cum sit: una omnibus hominibus cōis: ut recto corpore esse: duas manus: duos pedes habere: loqui: ītelligere: altera unicuiq; propria: ut tali oris figura talibus lineamentis esse fictum: utranq; & cōmunem & propriam: Sapiens uir æquo animo feret & faciens ex necessitate (ut aiunt) uirtutem: corporis deformitatem & damnum uertet in animi opu entiam atq; ornatum. Nō abre fuerit hic an notare quid in primo libro ethicorum de fœlici homine scribat Aristoteles. confert enim eum quadrantalibus seu tesseris: quibus in alueolo luditur. græci cubos uocant: ꝙ uidelicet sicut tesseræ quomodocunq; iactentur: sic semper in unam partem incumbunt ut & rectitudinem & ímotam stabilitatem retineát: ita homo cordatus & uere sapiens quo rescunq; cadant: & in quácūq; fortunam inciderit feret optime: ac per omnia omnino decenter: ꝙ si quottidianos casus sic ferre debemus: quomodo non feremus etiam eos quos euitare cōis omnium parens natura non potuit.

De quattuor corporis humoribus. Caput. iii.

SVnt qui laborant bile atra: quam nostri Medici

græco uocabulo melancholian uocant: Sunt qui prasina seu porracea uel ēt fulua (græce ΧΟΛΗ dicitur) plus iusto abundent:Sunt qui phlegmate quam uocāt latini pituitam suffocentur:Sunt quibus impedimento est superfluus sanguis:hæc (ut supra diximus) ante primi hoīs culpam tāta harmonia cōtinuata erāt:ut ex ipsis: neq; mors: neq; morbus:neq; molestiæ qcq̄ emergeret. At soluta hominis in deū obedientia:soluta est humorum huiusmodi pax:dissipata concordia.Pituita p̄dominans synanchias. Melancholia quartanas.Cholera tertianas:Sanguis quottidianas febres facit:Hoc aūt exēpli gratia dictum sit.Nā multis & inumerabilibus pene modis humores isti a medio discedentes genera infinita morborū inducunt. Cholera item fulua:quia acuta est & ignea:repentinas iras tollit.& quasi nimbus Aestiuus cito desistit.atra si iram concipiat:eius est pertinax:& sero se cohibet:qui illam patiūtur Iracundi uocantur.Qui uero hāc amari & acerbi.sunt etiam qui atram cum fulua miscuerint. & in his sicut hūmorum:sic & morum mixtura consurgit:& mediū locum tenēt inter prædictos Hippocrates uocatus ab abderitis ut curaret Democritum semper ridentem:inuenit eum in agro auiculas exenterantem:&receptacula humorum istorum uestigantem.multum.n.cōfert.& ad Salutem corporum & ad mores humanos ista cognitio.& beneficio medicinæ fieri potest ut quis in nouā complexionem:& per sequelam in morum transeat nouitatem.sicut in his patet qui bilem atram polypodio & elleboro. fuluam uero curant ru pontico:quod pharmacopolæ reubarbarum uocant.

Quomodo complexiones diſtribuantur a deo. Ca.iiii.

a T dicet iterum qſpiam.cur hæc ita diſtribuit Deus:ut bilē horatio:phlegma heraclito:ſanguinem Socrati:⁊melācholiā Oreſti tribuerit? Quæ nā ratio fuit ita diſpenſandi?cāu ne iſta an prouidentia ulla gubernantur? reductus ſum in ſyrtes quas prius effugeram: tentabo igitur breuibus uerbis ēt hinc elabi:& ſiqd nouæ mercis inuenero:poterit his quæ ſupra diximus applicari:ut ex his duobus locis una ſñiæ ueritas:& ex duobus capitibus una diſciplinæ fiat integritas:Magnæ (ut uerum fatear) p̄ſumptionis hæc quæſtio: Cui Paulus apoſtolus uas electiōis uſq; ad tertiū cœlum raptus ſic reſpondet:nōne habet poteſtatē figulus ex eadem maſſa aliud quidem uas in honorem:aliud in contumeliam facere? Sufficeret hoc dixiſſe:qa iudicia Dei abyſſus multa:inueſtigabiles uiæ:& occulta conſilia:nec tantū debet humana temeritas audendo procedere:ut ea cernere uelit:quæ latere Deus inſtituit:Neq;.n.domino gratus erit ſeruus qui penetralia atq; adyta cuncta quæ in domo ſunt:perluſtrare tētauerit.ea namq; temeritas magis uidetur explorantis inſidias:q̄ ſerui officium præ ſe ferre. Sic licet inq̄ reſponderi poſſit.Dicam tamen aliqd balbutiēs & id Auguſtini fretus autoritate.Auguſtini uiri ſanctiſſimi & ſapientiſſimi hæc eſt ſermone breuis ac ſimplex:ſenſu uero lōga multiplexq; ſñia:quam Theologi noſtri ſæpe uſurpant:Sic deus res quas cōdidit adminiſtrat: ut eas agere proprios motus ſinat: Igitur ſicut aīa ī toto corpe ſic deus ſemper operans in toto mundo uires naturis ꝑ mucrone addidit:& operari eas inſtituit: imo inſtrumēta

ſua fecit:quibus cũ deo patre fabri filius uſq; modo operans uteretur. Has igitur uires nec opari impedit:nec operantes deſerit:ſed ſicut nauta nauim iuuat & dirigit:ille in portum:iſte in finem. & quẽadmodum ociante aĩa mẽbra ſopiuntur:ſic ceſſante deo:ut in igne babylone monſtratum eſt:omnis naturæ conatus inanis eſt. Immo ſi naturæ quas ipſe condidit ne operentur per ipſum ſteterit uideri poterit confiteri:uel eas non recte factas:uel ſe facturæ ſuæ pœnitere:poteſt tamen ſi uult:& aliquando uult: raro tamen id uſu euenit:præter naturæ ordinem quædam & facere & ſuo arbitratu impedire. Ea quæ in cœlo ſunt ſidera ſeu ſint ignes ut Platonici:ſeu quædã quinta eſſentia ut Peripatetici uolunt:non ſigna tantum rerũ inferiorum:ſed cauſas eſſe non dubium.id.n.omnes Aſtronomi id Ariſtoteles in meteoris : id in ſecundum ſententiarum Theologi:id ipſi confitentur oculi noſtri: Quis eſt.n.tã hebete uiſu ut nõ uideat ſole diſcedente:naturã mœrere: aues cõticeſcere:frondes defluere:rurſus ipſo reuertente mundum exultare:terram operiri:plantas reuiuiſcere: oĩa inſtaurari: Vires ergo ſideribus datæ terram:&terræ naſcẽtia ſic afficiunt:ut hoc ſi comedas in bilem:illud in pituitam:aliud in ſanguinem trãſformetur.quo fit ut homine uariis pro arbitrio ſuo cibis utente uarietur in eo & ſtomachi & epatis & renum:& per ſequelam ſeminis quoq; & uuluæ cõplexio:Sinit ergo deus ꝑ ſeminũ qualitate:ꝑ diſpõne materni uteri:ꝑ cœli:& ſtellarũ aſpectibus: ꝑ ciborũ & diætæ natura:fieri cõplexiões hoĩum diuerſas:& corpa noſtra ĩ ĩfinitas ire differẽtias:Angeli uero:q rebus humanis a Deo præfecti ſunt : miris modis iſta uel ſuo

uel dei arbitrio moderátur.horum ſcíam uocamus magiá naturalem.Cuius Iacob non ignarus ouium fœtus colorabat in utero.& hic modus uaria procreandi: Poteſt.n. Angelus quiſpiam tibi neſciente te perſuadere ut hoc magis q̃ illud comedas.ut cibis ita concoctis fiat coagulatio certi ſeminis.ut hac magis hora coeas:ut mulieris uulua: quam medici matricem dicunt ſit ſic affecta:Quibus uariatis uariari quoq; fœturam oportet: Cur aũt in meá magiſq̃ in tuam perniciem iſta cõtingant:Neſcire me fateor. qui auté cám dicunt decoré uniuerſi:non faciunt ſatis aío impatiéti grauiter ferenti ſe cum decore uniuerſi dedecorari:Sed ignorata cá:ignorari non licet hæc oía æquo aío ferenda:cum unicuiq; perſuaſum eſſe debeat: nihil a Dei numine ſine recta ratione fieri poſſe:Sed ſunt quidá non minus impii q̃ imperiti:tam arrogantes:tam proterui:tam inſolentes & imphriniti:ut uelint naturarum oíum uirtutes ac operationes:angelorum etiá ritus & officia pp ſui pedis morbum ímutari:Quod q̃ alienum ſit a recta rõne breui exemplo dignoſcito:Si in Cithara ad concinitatem redacta neruus unus conqueratur:& dicat ſe nimium tendi rogetq; ſe parum remitti. quid putamus Citharoedũ reſponſurum:niſi totius Citharæ magiſq̃ nerui unius rónem habendam?Sic profecto Deus ordiné mundi & naturarum:ex quibns mundus conſtat:curá gerere & debet: & gerit:q̄ ſi contranitaris:& obiicias uniuerſi ordiné opitulari ſingulis debere non obeſſe:quéadmodum in optima re.p.ſic cõe bonum adminiſtratur:ut ſinguli in pace ſine iniuria uiuát:Nec.n.alterius rei gratia Principes ac magiſtratus creantur:niſi ut ſingulis benecõſulatur: Sicut de Solone ſalaminio dicitur q̄ tanto prudentiæ temperamé

to leges athenienſibus dedit: ut parem gratiam a ſenatu & a plæbe contraxerit: quod ſi tantæ (ut ita dicam) conditur æ felicitas ab hominis potuit prodire conſilio: quid humano generi præſtare debuit Dei prouidentia: cuius eſt ad noſtram nulla proportio? Nonne potuit: & omnibus ſimul & ſingulis bene conſulere? O homo bulla: qui naſcendo moreris & florendo marceſcis: tantane contra autorem tuum ſurgis audacia ut ei ſucceſſeas? & uelis in eum exercere cenſuram? pone hanc uaniloquentiam: & recordare dicti illius geneſeos: uidit Deus cuncta quæ fecerat: & erant ualde bona: Sed an condere potuit meliora: non defuere Theologi qui diſceptarint: concludamus ergo nobis quidem a deo bene conſultum: Sed quoniam ut Ariſtoteles īquit: intellectus noſter in cauſas altiſſimas ita fertur: ſicut nicticoracis oculus in lumen ſolis: nō poſſe nos conſilii diuini rationem ſcire. & propterea dictum a Xp̄o: neſcitis quid petatis: At dices iterum. ſi naturarum ordinem & operationes uiolari nefas eſt: non licebit infirmo uotis & precibus cum deo de impetranda ſanitate tractare. Cui obiectioni reſpondeo: licere quidem ſuppliciter: ac modeſte petere: & quod petitur: ſi datur: cum gratiarum actione recipi debere. ſi non datur: conqueri non licere. iſtorſum mea intendit oratio.

De animæ libertate: Caput: V.

e Orporum hæc conditio. animi uero natura libera: immunis ingenua: & ab ærumnis excluſa corporeis nec cœlo regit̄: nec elemētis ſeruit: & ſi pp appetitus cōnexionē qui

corporeis q̄litatibus eſt ſubditus i peius ſemp̄ inclinat̄ in manu tamē cōſilii ſui ē: Corpus naturalibus rebus & deo: aīa uero ſibi & deo ſubeſt: Propterea utrūq; ſecundū di uerſas trāſlatiōes legimus i pſalmo. latini ſic legūt. Anima mea i manibus meis ſemp. Greci aūt ſic Η ψυΧΗ ΜΟΥ ΕΝ ΤΑΙΣ ΧΕΡΣΙ ΣΟΥ. hoc ē in māibus tuis ideſt dei. noſtræ tamē tranſlatiōi Cōcordāt hebræi apud quos legit̄ napſi be caphi. qđ eſt aīa mea ī manu mea. Plotinus in libro de uirtutibus dicit Animā non habere ſupra ſe naturā niſi de um a quo ſicut luna a ſole uirtutē mutuatur & lumē. Nec ab iis multū diſſidet quod Ariſtoteles dicit in policitis ra tionem. ſ. principatu politico appetitui: corpori uero de ſpotico imperare. inter hos duos principatus hoc itereſt: ꝙ in deſpotico hoc eſt herili: nam græci dominiū ΔΕΣ ΠΟΤΙΑΝ uocant: iugū ſeruitutis eſt grauius ſicut ſeruiuit Iſrael in ægypto: & hoc ius habet animus i corpus. in ani mā uero ſicut & in āgelos ſolus deus: Vnde ſicut in apo calypſi legitur Iōanni ab angelo quē adorare uolebat re ſponſum eſt. Vide ne feceris. cōſeruus. n. tuus ſum: ſed in hac dei ſeruitute ſumma Libertas eſt: quia deo ſeruire eſt cū eo regnare: In politico aūt ſubditi aliquando poſſunt & cōtradicere principibus & aduerſari. ſicut & appetitus ratiōi: Hanc ēt ob cauſam ſpiritus promptus: & caro infir ma uocatur a chriſto: Corpus eſt igitur uile mancipium. animus aūt ſemp & ubiq; principatur: corpuſq; ſuū regit & poſſidet: At nos qui ꝓ inſcitia ac demētia noſtra ma gis corpus q̄ animā colimus: cōcupiſcentiis noſtris illecti & abſtracti deum ſubornare & pueriliter ac inepte ſup plicādo ī ſentētiā noſtrā conamur attrahere: At ſicut neq; pater filio ſemper indulget: ſic neq; deus nos ſemp exau

dit:Propterea filiis Zebedei honorẽ ambiẽtibus promisit martyriũ:ac si diceret uos salutis uestræ ignari:ea tantũ quæ sunt corporis infantiliter petitis:ego aũt qui tanq̃ opifex figmentũ uestrũ intelligo:& tamq̃ pater uerá uestrá salutẽ inquiro:corpore cuius natura caduca ẽ:cõtempto:circa ea quæ animi sunt laboro:Exuendæ sunt igitur huiusmõi cogitatiões.Deus ut nostri misereatur orãdus. Et in hoc maxime audiẽdus est Socrates:qui nihil ultra a diis petẽdũ arbitrabatur:q̃ ut bona tribuerẽt.Nos aũt id plerumq; uotis expetere quod nõ Impetrasse melius foret:Ipse.n.deus fecit nos & nõ ipi nos:sub potẽti manu eius humiliari nos decet:Ipsi.n.est cura de nobis:& ut Iacobus inquit:expectat a nobis fructũ nostrũ tẽporaneũ & serotinũ:Eum.s.quẽ Maius:& quẽ September afferat: quæ sunt per metaphorá dicta:ut per hæc ĩtelligamus & eũ fructũ quem adolescens adhuc in Iuuenta:& eum quẽ Aetas in occasum uergẽs:& in mortẽ iá inclinata ꝑducat.

An distributio cõplexionũ procedat a fortuna:uel a casu:Et ꝙ Aristoteles fortunam male descripsit. Ca.vi.

u Ides igitur quæ sit complexionũ ratio diuersarum:quæ si patrem qui generat mortalẽ inspicias:uenient a fortuna:Si uero ad angelos qui mundo præsunt:si ad deũ rerũ opificem spectes:nec fortuna nominãda:nec casus.Id namq; a fortuna factum dicit Aristoteles quod efficiens dum aliud quidpiam optat:effecerit:Vt fossor si dum plantãdæ uitis gratia scrobem facit: Thesaurum reperiat : Thesaurus inuentus a fortuna dicetur:& ipsa fortuna ipse fossor erit : At deus qui ut Augustinus inquit : non aliternouit

facta q̄ fienda.nūq̄ agere sic potest ut dū unum intendit: aliud faciat:hoc nobis argutulis sed re uera parum cernē- tibus:& ut plurimū alucinantibus accidit:si.n.fossor The saurum hic latere nouisset:iam nō ꝓpter aliud: sed ipsius Thesauri gratia fodisset: essetq; thesauri inuentio nō for tuita sed a ꝓposito fodientis intenta:propterea dicit Ari stoteles:ubi maior intellectus sit:esse fortuná plerumq; mi norē:quod ego pro captu meo sic ītellexerim: Intellectui qualis noster est:qui sibi quæ euentura sunt parum uidet: præter propositum multa contingunt.Nam fallax ista re- rum mobilitas:& inconstans mundi fluctuantis ingenium noua semper important: & bona ac mala sperata & in- sperata promiscue ingerit naturæ nunquam ociosa fœ- cūditas:quo sit ut euenta plura sint q̄ a nobis mortalibus præsciri possint. & hæc causa est: ut in tanto rerum fluxu quærenti unum:aliud se offerat:sicut in foro cum nundi- næ sunt:in tanta plæbis frequentia ignoti plures q̄ noti occurrūt. Si ergo dū Petrum quæris:Ioannem reperias: id dicetur factum a fortuna.animo igitur omnia intuenti ut diuino nihil:plurima prospicienti ut angelico : pauca: pauca cognoscenti ut nostro:multa a casū & fortuna con tingunt.Non uidetur tamen Aristoteles recte fortunam descripsisse cū eá dixit cám p accidens.licet.n.is q dū colit agrū repperit thesaurū:sit eius inuētionis cá p acēns:quia dū aliud facit istud offertur: nō tn̄ est fortuna fossor ap- pellandus.nomē.n.fortunæ nō ad significádū has cás:sed ad longe aliud inuenit antiqtas.deam.n. fortuná dixerūt quæ dádi & auferendi ius haberet.& ei ueteres guberna- culū & copiá appingebát tali figuratione innuentes bo- na hæc terrena regi a fortuna.iuxta illud Ouidii.fortunæ

extera mādo Quæ iuuet:& melius q̄ tu tibi cōſulat opto.
Cauſam ergo quādā latentē & ignotā unde accidentiū re
rū ſubitus & inopinatus ꝑdiret euentus dixere fortunā.
Quod ſi dicat Ariſtoteles theſauri fortuitā effoſſionem
præter foſſorē:cauſam non habere.& ideo fortunā foſſo
rē appellādū.Id plane abſurdū eſt.nā apud ſapientes con
feſſum eſt in oī cārū ſerie cām per acēns nunq̄ eſſe primā.
Sed cās īdagātē cū talē inuenerit oportere altius ſpecula
ri:donec cām uideat quæ effectū norit & intendat:hanc
aūt in ſtellis ubi fatū collocāt:qa rōne carent : nō inuentā
quæremus in ſpūalis natura ſubſtātiæ.quæ deo & angelis
bonis & malis ē cōmunis : cām ergo talē arbitratu ſuo &
temere:ut aiūt:cūcta diſpēſantē fortunā indigitāt:quæ ꝑ
fecto nihil aliud eſt:niſi deus : & angeli in miniſteriū dei
creati:q ſi aliqn̄ uidenť dando aut auferendo temerarii:
nihil tn̄ agunt inconſulte:ſed eſt potius in humano intel
lectu cœcitas:& in iudicio hoīum magis q̄ in opatione il
lorū temeritas.cauſas huiuſmodi īmateriales & incorpo
reas quæ re uera mūdū adminiſtrant:uiſus eſt Ariſtoteles
non curare:ꝙ nihil de eis exploratū haberet. & ꝙ id ne
gocii ſupra humanū iudicauit ingeniū. in hanc diſputatiū
culā me traxit ꝓuidentiæ diuinæ reuerētia:a cuius autori
tate ſubtrahi uidentur quæcunqꝫ fortunæ tribuantur.for
tunæ inq̄ quæ quid ſit neſciť.at cum eam eſſe conſtat dei
ꝓuidentiam:leuius patientia ſuadetur & æmulus quidam
deo ſubtrahitur.Sed iis iam parcendū exiſtimo ne in phi
loſophorum:qui phyſici dicuntur:ſpineta te ducam : ſo
cratica illa philoſophia utilior: quæ uitam & mores inſti
tuit : illa enim doctos tantum facit : iſta uero & doctos
& bonos.

In quo consistat felicitas in hac uita contra Peripateticos & Stoicos. Ca. vii

h
Ic fortasse quispiam dixerit: cur nō ægre: cur non moleste ferendæ sunt ægritudines: cum nos ī hac uita miseros reddát? Aristoteles.n. cuius tanta est apud omnes autoritas ut ab eo p̄uaricari nefas putēt: ī ethicis dicit: felicitatē humanā ī uirtutis operatiōe consistere. sed perfectā nō esse: nisi uirtuti animi corpis & fortunæ bona cōiungant̄. cuiusmodi sunt corporis sanitas: forma liberalis: honesta familia: diuitiæ ēt quæ nobis familiæq; sufficiát: amici quoq; optimi: quibuscū iucūde uiuere & oīa cōia habere possimus. & ut ip̄e Aristoteles inquit sine amicis nullus eligeret uiuere: ēt si cuncta possideat bona: At inter corporis & fortunæ bona: sic.n. uocant ip̄i bona externa: primū locū tenere uidet̄ corporis sanitas. sine qua neq; amicornm congressus: neq; diuitiarū usus: neq; honorū splendor: neq; liberorū copia delectare tantū sufficit: ut fælices simus. paucis ego Respōdebo. affirmaboq; Aristotelis humaná esse sentētiá: Et propterea oportere eá sacris eloquiis cedere: & ueritati reuelatæ diuinitus. nō.n. potuit ip̄e q ad speculationē corporeæ naturæ se cōuerterat: supra īcorporea oculos eleuare. Nec aliud fælicitatis gen9 uidit q̄ ei9 quæ in huius uitæ turbinibus pōt uel nullis ul̄ certe admodū paucis accidere: Sed filius hominis qui de cœlo descēdit nos ad aliū finē genitos eē monuit: Ip̄e nimirū ille fuit de quo īquit Ouidius. Pronaq; cū spectēt aīalia cætera terrá Os hōi sublime dedit: cœlūq; tueri Iussit: & erectos ad sidera tollere uultus: Cōsumata felicitas in hac uita si hēri

possit:disputetur ab aliis:Certe apud nos definitum est a nullo adhuc habitam:Legimus omnium qui ãte nos fuerunt historias hebræas:græcas:latinas:barbaras:Qui fuerit in hac uita perfecte beatus:repperimus neminem:Legimus infinitas hominum miserias.calamitates :ærumnas: multorum etiam domi & foris sapienter dicta:fortiter facta.prudenter cõsulta:uere beatum nusquam Inuenimus: Pli.libro septimo Naturalis historiæ capite.xli.una ĩquit fœminarum in omni æuo Lampido Lacædemonia refertur : quæ Regis filia.Regis uxor. Regis mater fuit: Vna Pherenice.quæ filia:soror:& mater fuit olympionicarũ. Pherenice ista quæ & Callipatira dicta fuit:filium Pisirhodum in certamen olympicum profecuta uirili habitu quasi pugil cum uictorem agnouisset : superato aggere quo gymnici claudebantur:nudauit se.& ad pœnam quæ sita q̄ Alpheum amnem transisset:id enim diebus illis fœminis erat capitale.absoluta est.datumq; id patris & fratris & filii uerecundiæ.qui omnes olympionicæ fuerũt: & hac cã inducti q sacris certaminibus p̃erãt statuerũt ut ex eo tpe nudi adessẽt:q ad ludicrũ id certamẽ cõuenirẽt: Vna fãilia Curionũ:ĩ q̄ tres cõtinue una serie oratores extiterunt:Vna fabiorum:in qua tres continui Principes senatus.M.Fabius Ambustus.Fabius Rutiliãus filius:Q. Fabius Gurges nepos.Idem capite:xliii.Q.Metellus in ea oratione quam habuit in supremis Laudibus patris sui L.Metelli Pontificis:bis cõsulis:dictatoris:magistri equitum: quindec uiri . qui primus elephantos primo punico bello duxit in triumpho : scriptum reliquit decem maximas res optimasq;: in qbus quærẽdis sapiẽtes Aetatẽ exigerẽt cõsumasse eũ:uoluisse.n.primariũ bellatorẽ eẽ

optimum oratorem:fortissimum Imperatorem : auspicio suo maximas res geri:maximo honore uti:summa sapientia esse: summum senatorem haberi : pecuniam magnã bono modo ĩuenire:multos liberos relinquere: & clarissimũ in ciuitate esse:hæc cõtigisse ei:Nec ulli alii post Romam conditã.Longum est refellere:& superuacuũ:abunde uno casu refutante : si quidem is Metellus orbam luminibus exegit senectam : amissis incendio cum palladium raperet ex æde Vestæ.memorabili causa: sed euentu misero:quo fit ut infelix quidem dici non debeat: felix tamen esse nó possit:sic Pli.alterius metelli : qui huius nepos fuit mentionem facit : qui præter honores amplissimos cognomenq; Macedoniæ:a quattuor filiis illatus est rogo: uno prætore:tribus consularibus:duobus triumphalibus:uno censorio : quæ singula quoq; paucis contigere. In ipso tamẽ flore dignitatis suæ a Catinio labeone tribuno plebis:quẽ e senatu censor eiecerat:reuertens e cãpo meridiano tpe uacuo foro & capitolio ad tarpeiũ raptus ut pcipitaret:uix potuit a limine mortis reuocari.& in fine eius capitis concludit dicens: Nulla est profecto solida felicitas:quã cõtumelia ulla uitæ rumpit:& in humanæ felicitatis inquisitione psistens noĩato & excluso Augusto : qui ppter amplissimã imperii dignitatẽ felix cũ non esset:uideri tamen poterat: duos subiicit : quos ad castigandam hominũ uanitatem dii felicissimos iudicarunt Phedium quendam:qui pro patria proxime occubuisset Et Aglaum Arcadum pauperrimum:quem a psophide uico psophidium cognominant:cum.n. Gyges Regno Lydiæ armis & diuitiis abundantissimo inflatus aío Apollinem pythium uenisset sciscitatum : an aliquis se esset fælicior

Deus ex abdito sacrarii specu Aglaũ ei ptulit. Is ætate se-
nior terminos agelli sui nunq̃ excesserat: paruuli ruris fru-
ctibus & uoluptate contentus. Cui sniæ plane astipulat
illud sapientiæ: melior est bucella cum gaudio: q̃ domus
plena diuitiis cum iurgio: Item illud psalmi. Melius ẽ mo
dicum iusto: super diuitias peccatorum multas: Et capite.
xlvii. meminit cuiusdam Euthymi pyctæ hoc est pugilis:
πηκτησ enim pugil interpretatur. qui quoniam semper
Olympiæ uictor fuerat: & semel tantum a Thasio Thea-
gene circũuentus dolo uictus: Iussu eiusdem oraculi & Io
uis astipulatu pro deo est habitus & cultus. Patria ei lo-
cri in Italia: qui epizephyrii dicũtur: apud quos erat ei sta
tua: & Olympiæ altera: quæ ambæ una die fulminis impe
tu consumptæ sunt. hic teste Aeliano in libro uariæ histo
riæ octauo: saxum ingenti magnitudine gestabat: q locris
ostẽdebatur. & alio q̃ cæteri mortales fato absumptus ẽ.
Nam apud Cecinũ amnem qui locros diuidit a Rheginis
ab oculis hoíum repente disparuit: hi sunt quos ex toto
humano genere: ex tam infinita hoíum multitudine ut fe
lices haberent: electi sunt: de quibus illud Hieronymi no
stri dici potest: quantis laboribus hæreditas cassa expetit
minori promissa pcio margarita xp̃i emi poterat. Vera er
go solonis snía q̃q̃ ab Aristotele damnata: qui neminem í
uita beatum existimauit dici debere: Cui consonat illud
psalmi. Cũ dederit dilectis suis somnũ ecce hereditas do
mini: Non plus ergo quærenda est in hac uita fœlicitas:
q̃ apud gallos Roma: apud gallos. n. nunq̃ ipsam urbem
Romam: sed uiam quæ Romam ducat inuenies: Nulla ẽ
igitur nec esse potest dum uiuimus nobis alia felicitas: q̃
ad ueram felicitatem uera uia: quam qui tenet a mortalita

te ac miserius se asserere pōt: Vita.n.nostra si cum uirtute & dei gratia agatur:ad beatitudinem: si cum uitiis & dei odio:a miseria ad miseriá est uia.& q̃to uita hæc laborio sior ærumnosiorq; est:mō Iustitiam & pietaté seruet:táto maior est futura felicitas:Audi nō me:sed Ioanné in Apo calypsi.Beati qui lauant stolas seu uestes suas:ut potesta tem hēant in ligno uitæ: & per portas intrent ciuitatem: stolas lauare est pœnitentiam agere:quæ p̄dicationis Xp̄i fuit initium.in ligno uitæ potestaté habere:xp̄o qui est li gnum uitæ in medio Paradisi est frui posse.Per portas in trare Ciuitatem:est per mandatorum obseruationé ad cœ lū ire:Dixit.n.Xp̄us adolescēti.si uis ad uitam ingredi:ser ua mandata:sed q̄d multis opus est quando licet uno uer bo cōcludere?res ita se hēt:uera & cōpendiosa felicitas in hac uita nulla est alia nisi mandatorū dei & Euangelicæ le gis obseruatio:nō diuitiis nō potétia ítédédū est. Regnū dei æstimationem non habet:q̃tum exhibere potes: tan to emitur.Non opus est sanitate:non liberis: non clienti bus:non amicis: Sed dei gratia & uirtute conandum est: utrumq; a nostro pendet arbitrio:licet enim sine dei mu nere:neq; uirtus:neq; gratia haberi possit: tamen utrumq; ideo nostræ est uoluntatis: quia deus bonorum suorum liberalis ac magnificus dispensator:tantum tribuit: q̃tum est quisq; paratus accipere: stat enim Christus ad hosti um & pulsat:ad aperientem intrat:cum eo assidue epula tur & habitat:Neq; stoici igit̃ cū duce suo Zenone:neq; peripatetici cum duce Aristotele recte de felicitate sense runt. Illi enim in uirtute sola. Isti in operatione uirtutis eam collocant:Sed nos a deo illuminati & edocti uirtuti

operationiq; uirtutum ſuperaddimus gratiam: Hæc ſi cõſequi potes(potes autem ſi uis)licet amicis priueris: licet ſumma premaris inopia: Licet cum Iob in ſordibus iaceas:Licet inſanabili morbo tenearis:felicitatem tamen habes. non illam quam ſardanapallus uir muliere corruptior:non eam quam Crœſus & Attalus:non illam quam Salomon habuit dum corrupte uixit:ſed eam quam Paulus:quam Petrus:& alii habuerunt. qui in tentationibus cum Chriſto permanſerunt: ſed tandem poſtremo loco audi teſtimonium Chriſti: quo nullum maius excogitari poteſt:uide ubinam Chriſti iudicio præſentis uitæ beatitudo ſit poſita:beati inquit eritis:cum uos oderint homines:& exprobrauerint: ac eiecerint nomen ueſtrum tamq̃ malum propter filium hominis. gaudete & exultate.ecce enim merces ueſtra copioſa eſt in cœlo.

De Syntereſi:Ratione:& conſcientia. Cap.viii.

p VLſatio Chriſti de qua dicitur: ego ſto ad hoſtium & pulſo: nunq̃ intermittitur.die noctuq; perſtrepit.domus eſt anima.hoſtium uoluntas: tres quibus ſit pulſatio: ſunt mallei. ſyntereſis.ratio.& conſcientia.Syntereſis eſt animæ generale iudicium: quo quid agendum ſit naturaliter in genere cognoſcit.ut ꝙ colẽdus eſt deus: ꝙ pater honorandus: ꝙ ſubueniendum miſeris. ꝙ ſemꝑ in cõmune bonum aliquid cõferendum.ꝙ humana ſocietas eſt ſeruanda.hæc animi uirtus: quia nunq̃ corrumpitᷣ. σηρτηρησισ hoc eſt cõſeruatio dicitur a græcis. Ratio ad ſingula deſcendens ſubiungit: hunc eſſe deum. hunc

esse patrem:hunc esse miserum:Conscientia ad opus properans.hunc igitur colendum:hunc honorandū:huic subueniendum esse concludit:discursus iste consilium est: qđ intellectus operatione perficitur:& ex his colligitur syllogismus:qui a praxi hoc est ab operatõne practicus dicit̃: Ad primam uim nullo nobis opus præceptore.Lumen ē perpetuum naturali luce semper illustre:semper clarū. nec extingui põt:nec abscõdi:Hoc.n.est Lumen de quo ī psalmo dicitur.Signatum est super nos Lumē uultus tui dñe: Ad rõnem multum curæ:multū operæ impendendū. falli namq; facillime põt.& ea decepta conscientiā quæ sequit̃ labi decipi & errare necesse est.Intellectus igitur triplex ē malleus.quo ianua.i.uoluntas pulsatur:nam ad intellectū tria illa pertinent:pulsator est deus:pulsat aūt ut aperiat̃: apertio est electio:hoc est cõsultationi quæ præcessit cõsentaneus uoluntatis assensus.Si quod conscientia dictat eligitur:patefactæ sunt Ianuæ.& ingrediente deo fit salus animæ.Recta uoluntatis electio domus ē apertio. gratiæ infusio dei est introitus:de hac dei pulsatione Paulus ad philippenses capite secundo:Deus est inquit qui operat̃ in nobis & uelle & perficere pro bona uoluntate scilicet sua.

Quod sine dei custodia frustra laborat humana prudentia. Caput.ix.

a T dicet quispiā dum me infirmitas reddit inutilem:quis familiæ aderit: quis domum:quis uillam curabit: quis Liberorum necessitati occurret? Didicimus adhuc pueri uersus illos Maronis in Georgicis: Vidi lecta diu ac multo spectata

Labore : Degenerare tamẽ ni uis humana quotánis:Maxima quæq; manu legeret.ſic oĩa fatis in peius ruere.ac retro ſublapſa referri:Reſpondebo ad hæc ſic breuiter : ut reſponſione non grauem.ſic prolixe ut uoto ſatiſfaciá: Ille cuſtodiet qui ſemper cuſtodit:At quid dicit propheta:Niſi dominus cuſtodierit ciuitatem:fruſtra uigilat qui cuſtodit eá : Niſi dominus ædificauerit domũ:in uanum laborant qui ædificant eam.An putas tibi filiorum tuorũ maiorem curam eſſe q̃ deo?Sed uide apud Ieſaiam capite.xlvi.Quanta nos charitate ſuſcipiat.quanta errores noſtros patientia ferat:quanta nos fide cuſtodiat.ait.n.uſq; ad ſenectam ego ipſe:& uſq; ad canos:ego portabo:ego feci.ego feram.ego portabo & ſaluabo:Quomodo fieri poteſt:ut ſit in alicuius corde tãta duricies : quá diuinæ dignationis ſermo tam pius emollire nõ poſſit?Quis eſt aĩo tam ſtupido:qui audita per os tanti prophetæ diuinæ pietatis redundãtia tanta nõ putet ei ſuarũ rerum curã eſſe?Non ſperet ſe mortuo familiá regi?At dices experimento didici eas familias peſſum ire quas nullus pater curat:nullus tutor regit:nullus œconomus adminiſtrat.At ego quoq; experimẽto didici multas familias:quibus aderãt cuſtodes:amici:curatores:peſſum iſſe:interiiſſe:& euanuiſſe.Vbi Priami domus:quæ tum cũ maxime uiris opibusq; pollebat:igni ferroq; conſumpta eſt?Vbi Neronis familia:quæ tum cũ cœlos tãgebat a fundamẽtis ẽ eruta? Vbi longobardorum & gothorũ principatus.qui poſtq̃ per omnem fere Italiam radices miſerat repente cõuulſus eſt?Vbi Carthago.Vbi corinthus.Vbi numantia.Vbi uetus illa hieruſalem.Vbi Romæ gloria?Perierũt.in cinerẽ lutumq; conuerſæ ſunt:non quia defenſoribus carerent:

ſed qm̃ deus cuſtodire ceſſauit: Hector apud Maronẽ in qt:Si pgama dextra defẽdi poſſent:ẽt hac defenſa fuiſſẽt: At contra:qs Romulum & Remum infantes: nudos feris expoſitos:oĩ hũana ope deſtitutos ſeruauit inter Lupos? Quis hiſpanorũ ducem abidem ad feras ꝓiectum: Quis Cyro infanti quem poſtea Perſarum regem effectũ Xp̃m ſuum deus uocat:nutricẽ canem dedit. Quis iſtos cuſtodiuit:nutriuit:& aluit. Quis Moyſem fiſcella incluſum:in alga iacentẽ fluminis alluuioni expoſitum liberauit. Quis Petrũ a fluctibus abſumptũ ne mergeret̃ erexit? Quis eſt ergo qui facit hæc? Nempe ille qui facit oĩa:'at dices:ceſſabimus ergo nos? Ignaui iacebimus? faciet ille oĩa? Ne ſic dixeris. Audi qd ſup̃ hoc Gregorius ſentiat.eius hæc uerba ſunt de deo loquentis. licet.n.oĩum bonorum ſit ipſe Largitor:fructum tñ noſtræ quærit induſtriæ:finge liberis tuis eſſe nutricem:quæ morbo confecta ac iam moritura filiorum tuorum uicem ingemiſcens pñte te clamet: Quis dulciſſimi infantes deinceps me uita functa uos paſcet? Quis ueſtiet? Quis educabit:& reget? Tu pater qui hæc audis nõne lamentationes has & uanas & ſuperuacaneas dices? Nõne rectius loqueret̃ ſi diceret: Deinceps uobis pueri melius erit:qm̃ me abeũte ſub paterna diſciplina futuri eſtis:hactenus uiuente me parentes quia uos mihi crediderant:forte neglig ẽtius uos habuerunt:at cum abiero: ipſi oneri & curæ ſuccedent. recta hæc cogitatio ſermoq; fidelis. Sic proculdubio nobis accidit CatoleAntoni uir optime. Deus nobis pater eſt:longe plus nos amat: ſapiẽtius gubernat:q̃ nos ipſi nos:Sed noſtra temeritas finem non habet. fides noſtra cæca eſt. ſpes noſtra ſpiritu carẽs tanq̃ follis ſine uento iacet:fruſtra ergo dictum eſt. lacta

in domino curam tuam:& ipſe te enutriet.Ergo tam ſur/di erimus:ut non audiamus dominũ ad nos ex Euangelio Matthæi clamantẽ: Cõſiderate lilia agri quæ nó laborant neq; nent.Nolite ſoliciti eſſe dicentes: qd mãducabimus: aut qd bibemus:aut quo operiemur.Nolite in craſtinum ſoliciti eſſe:ſufficit diei malicia ſua.hoc eſt anxietas & ſo/licitudo:Quærite primum Regnum dei:& iuſtitiam eius. & hæc omnia adiicientur uobis.

Cur bonis mala eueniant phõrum opinio. cap.x.

p Latonici qdã:in quorũ catalogo Plotinus eſt:cur boni flagellent̃ a deo cám inqrentes ad Pythagoræ Paligeneſiá recurrerũt: q̃ ab aliquo dæmone pſuaſus ſe aliqñ euphor/bũ:aliqñ pauonẽ fuiſſe putauerat:Exiſtiauerunt ergo aĩas pluries in corporibus fuiſſe:& pro unius uitæ meritis pre/mia in alia uita recipere:& ſic fieri ut quæ uni corpori iũ/cta peccauerint:in alterius cõiũctione plectant̃:atq; ita iu/ſte potuit pro euphorbi ſcelere pati Pythagoras:ſed lõ/ge nobis aliena mens eſt:Palingeneſiá catholica nó audit eccleſia:ṗter eá de qua Chriſtus dixit : oportet uos naſci d̃nuo.qđ dictũ admiratus Nicodemus prĩceps phariſeo/rum Quomõ inqt põt homo naſci:cum ſit ſenex. Sed de hac modo nó eſt ſermo.Aſtronomi cœlo imputãt. unde de. Mar.Manlius in quarto aſtronomicon libro inquit.

Fata regunt orbem:certa ſtant omnia lege.
Longaq; per certos ſignantur tempora curſus.
Naſcentes morimur:finiſq; ab origine pendet.
Tunc & opes & regna fluunt.& ſæpius orta
Paupertas:arteſq; datæ.moreſq; creati.
Et uicia.& clades.damna.& compendia uitæ.

c Vm septimum naturalis historiæ Plinii librũ euoluere inueni Capite quinquagesimo sñiam ualitudinis tuæ morbo saluberrimá: Ná cum uaria morborum exempla cõnumerat ita iqt Incertum ac fragile nimirum est hoc munus: quod datur: nobis malignum uero & breue in his etiam quibus largissime contingit uniuersum utiq; æui spatium· intuentibus: Quid q̄ æstimatione nocturnæ quiætis dimidio quisq; spacio uitæ suæ uiuit: Pars æqua morti similis exigit:aut pœnæ:nisi cõtingat quies: Nec reputantur infantiæ anni: qui sensu carent: nec senectæ in pœnam uiuacis.tot periculorum genera:tot morbi:tot metus tot curæ:totiens inuocata morte: ut nullum frequentius sit uotum: natura uero nihil hominibus breuitate uitæ præstitit melius.ebescunt sensus:mẽbra torquentur:præmoritur uisus: auditus incessus:dentes etiam ac ciborum instrumenta: & tamen uitæ hoc tẽpus annumerat:Ergo pro miraculo & id solitariũ reperitur exemplũ Xenophilum musicum centũ & qnq; annis uixisse sine ullo corpis incõmodo:At Hercule reliqs oibus per singulas membrorum partes: qualiter nullis aliis animalibus certis pestifer calor remeat

horis:aut rigor.neq; horis modo ſed diebus noctibuſq; trinis quatriniſue ét toto ãno. hactenus Plinius.qđ addi diſſe uolui ut reminiſcaris uiri ſapientiſſimi ac minime in hac parte ſuſpecti relatione:quæ ſit naturæ noſtræ condi tio: & ut ad id quod naturæ ratio poſcit te ut ſapientem decet obſequentiſſimum ſemper exhibeas.

Ratio multiplicandorum morborum ac uiciorum. Cap.xxix.

q Voniam admonente nos Plinio ſumus ad naturalium defectuum noſtri corporis mẽtionem adducti proſequamur incæptum:& humanæ uitæ morbos non inutili curioſitate narremus.his.n.enumeratis intelliges pene impoſſibile eſſe hoĩem uiuere ſine morbo : Nam corporis & animi ualitudines id commune hñt ꝙ ſanitas in utroq; uno mõ attingitur: uirtus.n.animi : & ſanitas corporis in quadam temperie.hæc humorum:illa paſſionum eſt ſita.Temperies aũt medium quoddam eſt.ac medium uno modo attingitur:ſicut linea recta uno modo fit: flexa pluribus : & ſignum a ſagittario uno modo tangitur : pluribus autem non tangitur: propterea ut ſecundo ethicorum meminit Ariſtoteles Pythagorici dixerunt malum ad infiniti:bonum ad finiti naturam attinere.Vna ergo tẽperie corpus beneualet. male autẽ prope infinitis. quod ex ipſis uocabulis conſtat.ſanitas.n.uno uocabulo exprimitꝰ.at morbi noĩa ꝑpe ĩfinita ſortiuntꝰ.adeoq; quotidie morborũ numerus inualeſcit:ut medici & qdẽ doctiſſimi atq; pitiſſimi ĩ eis diſcernẽdis ãbigui falſa plerũq;ꝑ ueris accipiãt:ſed de antiq̃s pauca e mꝯtis ĩ mediũ afferamus.

De morbis humani corporis. Cap.xxx.

p Soram uocant morbũ q cutẽ exaſpat inſtar ſcabiei: ſcabies ipſa importunus & uulgaris morbus eſt.porriginẽ appellãt furfurem minutũ:qui e corpore ꝑdit.Græci catarrhũ dicunt:qd' pituitã noiamus: quæ ſi groſſior e naribus fluit: mucus dicit̃. Cũ obturat̃ naſus:græci Corizã noſtri grauedinẽ uocãt:polypus nariũ morbus: Cũ caro corrupta plures hẽt radices:polypus.n.græce dicit̃:latinæ mſtipes: Vnde piſcẽ marinũ qui pluribus brãchiis ſeu pedibus nititur:& oĩum pene rerũ q̃bus adhæret colorẽ in ſe trahit polypum dicunt. Vulgares polpũ appellãt. polypoſus uero dicit̃:q eo morbo laborat: naſcuntur aliq̃ñ natura ob materiæ inopiã deficiente aliqui ſine naribus: cũ ſolis foraminibus:hi Simones:uel oſſimi dicuntur:Epiphorã uocant genarum: & aliq̃ñ aliarum corporis partium tumorẽ illuc cõfluentibus noxiis humoribus infeſtum. Quibus oculi deprauati ſunt Strabones dicimus: Cocles q altero caret:& unoculus dicit̃:qualis fuit Hõratius: q Romam defendit ab etruſcis.fuit hoc etiam plurium ducũ & q̃dẽ illuſtriũ inſigne: Nam Philippus Alexandri magni pater Hannibal Carthaginenſis q tot clades intulit Romanis: & ipſe de quo diximus Cocles Sertorius etiam romanus & noſtro tpe Federicus urbinatium dux uir & litteris & armis inclytus:uno oẽs iſti oculo caruerunt:hoc ad tui ſolatium dixerim: ne putes magnis Impatoribus ꝑtermiſſis in te ſolum morbos deſæuire: Sunt nõnulli qui ad lucernam non uideant:hi lucioſi: Sunt qui noctuarum & ueſpertilionum more uideant q̃ ueſperi meridie minus & hi lu-

ſciones appellãtur. Luſcus ẽ qui hebetes hẽt oculos. q̃ etiã deſioculus nuncupatˀ. Sed hæc potius uicia oculorum q̃ morbi ſunt: Lippitudo ẽ humor in ãgulis ſeu ſinibus ocu-lorũ collectus ſaniei ſimilis: q uero ſicut quondã Horati-us: hoc patitur: Lippus dicitˀ: Liuor & plũbeus color ĩ ocu lis glaucoma appellatˀ. Aegilops morbus ẽ in oculo ad na ſum: unde ſanies emanat. Pterygiũ eſt mẽbrana craſſa ner-noſaq; in oculi ſupſicie: Albugo uero ẽ in oculo ſub tercu taneus morbus ĩſtar nubeculæ. fit ĩ oculis cæcitas. quæ tan to lamẽtabilior eſt: q̃to uiſus ẽ præſtãtior. Oculus. n. ut in metaphy ſica inquit Ariſtoteles ad rerũ ſciẽtiã plurimũ cõ fert: nam lõge plures q̃ cœteri ſenſus rerũ differentias no-bis oſtẽdit: Democritus tamẽ ut altius cõtemplaretur ſibi oculos eruit. & ſciendi deſiderio maluit Tireſia eſſe quam Strabo: ſic enim teſte Varone nũcupatus ẽ quidã: qui cen-tum trigintaquinq; millia paſſuũ peruidebat. & ex lilybæo Siciliæ promõtorio numerũ nauiũ exeuntẽ ex carthaginis portu claſſe deprehẽdebat oculi certe ſicut plurimũ p ſunt corpori & ſcientiæ: ita plurimũ nocẽt conſciẽtiæ: Propte-rea dicitˀ in pſalmo auerte oculos meos ne uideãt uanita-tem. & propheta dicit mortẽ per feneſtras. i. peccata p ſen-ſus aſcendere: Lamec ſeptimus ab Adã primus ĩter cœcus: qui p cœcitatẽ cõmiſit homicidiũ: Nã Chaim occidit mo net a peccãtibus naturæ ĩtegritatẽ nõ eſſe accuſandã: Ecce tũ quoq; cũ recẽs erat mũdus ante diluuiũ iã genus huma nũ morbus inuaſerat: Lamec. n. diu uiuẽdo caliginẽ oculo-rũ incurrerat. Surditas quoq; nõ paruo eſt hominibus in-cõmodo. Auditus. n. teſte Ariſtotele diſciplinæ ẽ ſenſus: & q eo carẽt diſciplinã ñ capiũt. q uero audiũt: & ſi cœci ſũt: plurima & diſcere & docere apte poſſũt Didymus cœcus

uir litteratiſſimus:& ſacræ ſcripturæ ſacraměta doctiſſimus těpore Antonii abbatis floruit ĩ ægypto:Beda quoq; in oĩ diſciplina & ĩ ſacra lege apprime eruditus cœcus fuit: Opiſthotõus morbus ẽ caput ĩ ſcapulas ĩflectẽs:Empro ſthotõus mẽtũ pectori applicat:Spaſmus neruorũ contra ctio:quæ ñ nũq̃ mortẽ ĩducit:Tetauus ẽ colli rigor ita ut flecti ñ poſſit.q id morbi patiť obſtipus diciť: Chiragra notũ & tibi nimiũ familiare malũ:manuũ ẽ dolor:Parony chiũ Græci:noſtri Recliuiũ uocãt:morbũ:q cutẽ circa un gues ſcidit.Cõdylomata dicunť p corpus tubercula:Pleu reſi morbo acutiſſimo græci a latere nã πλευρα ẽ latus noſtri a coſta nomẽ ĩdiderũt.Tormẽ & uermẽ duo uẽtris dolores perq̃ ſimiles:differẽtes tamẽ apud medicos:Gib bus uiciũ tergi ut plurimũ:aliarũ quoq; partiũ aliquando. ĩde q dſformitatẽ hãc patiť.gibberoſus dicitur Enterocelæ ſũt cũ diſciſſo ĩferius ĩteriore uẽtris libro ĩteſtia deſcẽdũt: Taceo rhagades:ficos:ſeu mariſcas atq; hæmorrhoides: q morbi ĩ ſecretiſſima ſedis pte enaſcunť in grauẽ hominũ moleſtiã:& q̃ſi ĩ cõtẽptũ ac cõtũeliã.Rhagades fiſſuræ ſũt: fici mariſceq; idẽ ẽ:ulcera ſunt:in qbus granula ficorũ ſemi nibus p ſimilia cernunť.hæmorrhoides fluxus ẽ ſãguinis: Verruca corpus exaſpat.porrũq; uulgo appellať.cui ſimi lis eſt Neuus:ſed naturalis eſt:& non ſanatur:in eoq; non nunq̃ pili ſuccrercunt.Sciatici dicuntur quibus in coxẽdice ſeu in coxæ uertebra:quæ ſcia dicitur:dolor ineſt.& pro pterea claudicant:Varrus is appellatur cui introrſum:Val gus cui extrorſum pedes retorquentur.Podagra pedũ eſt: ſicut chiragra manuum dolor:nobilium uirorum morbus ut plurimum:de qua O uidius in libro de ponto:
Soluere nodoſam neſciit medicina podagram

Nec formidatis auxiliatur aquis:
Gemursa morbus est inter pedũ digitos gemitũ inducẽs
quẽ morbũ dicit Plinius ita ĩ Italia restictũ:ut eius quoq;
nomẽ nesciteť : Attæ dicunť hi q debiles pedibus plãtas
insistentes nõ ambulãt:sed terrã ꝑplatis nõ tñ eleuatis plã
tis uerrunt:Claudus ꝙ passus nõ apiat sed claudat: Lori-
pes quasi loro seu cõpede ĩpeditus incedit: Carbunculus
Pestiferum ulcus grauẽ diráq; mortalibus luem cõminať:
Anthrax græce uocať Furunculus:q̃ in extremis semp par
tibus quasi fur noceat:appellatus est:clauus furunculo si-
milis callus ẽ durissimus quasi ferreus clauus pedibus aut
alteri corporis mẽbro infixus cruciat:panus tumor ĩn in-
guinibus:& alibi nõ nũq̃:pãnicula ẽt appellať:parotis ul
cus sc̃d'm aures caput infestans.Elephantiasis morbus cu
tẽ humanã cuti elephãtis cũ magna deformitate silẽm red
dens:Lychæna græce mentagra latine ideo diciť:ꝙ a mẽ-
to incipiens totũ corpus furfure inficit:Impetigo scabies
quæ qa cũ ĩpetu serpat:& q̃si uolet uolatica uulgo nuncu
pari solet:Lentigo macula est lẽti psilis:Alopecia est capi
tis depilatio sic appellata ꝙ uulpi silẽm faciat:nam quod
αλωπηξ græce diciť uulpes latine noiatur. Aqua inter-
cus græce hydrops dicitur: morbi nõ minus molesti q̃ de
formis:& ut plurimũ ĩcurabilis est nomẽ.Ictericus:arqua-
tus:& morbus regius:tria sunt noia morbi unius. ικτε-
ρος græce galgulus:ut Plinius.uľ ut alii galbula est: quæ
auis est crocea.& qm̃ morbus hic similem colorẽ inducit
ab aue & ab arquu cœlesti nomen accepit. regius uero
morbus appellatur qm̃ deliciis & regia diæta seu regali ui
ctu curari diciť:paralysis neruorum est dissolutio tremo-
rem inducens: & manus præcipue reddens inutiles tanto

pteruior morbus:q̄to & latere minus pōt:& mēbri magis ne cessarii usū excludit.uidēs.n.natura creasse se hoīem nudū ibe cillū ac inopē māus excogitauit:ut hoc uno instrumēto muni mentorū:quæ pecudibus dederat defectū suppleret:eiq; sarci ret.Lepra:quā Horatius malā scabiē uocat: morbns ē ifelicissi mus:pp quē uolunt qdā Moysem suillæ carnis usum iudæis interdixisse:q̄ suā gētē in hūc morbū natura pnā: & talē cibū morbo huic cognatissimū nouerat: Sunt q leprā elephātiā di cāt:Nā Platina ī uita Deus dedit sūmi Pōtificis dicit:leprosū ab elephantiæ morbo p hunc pōtificē osculo sanatū:sed tales nodos soluere nō puto p̄ntis eē negocii.Fanatici sūt qb9 phā tasmata qdā:& uariæ Imaginū illusiones apparēt:ppea fanati cus error hic morb9 uocat̄.quo ātiq scriptores Herculē & Or stē laborasse cōmemorāt.Phagedinæ dicūt̄ ulcera corrodētia. Vari q & uarioli uulgo cognoīant̄:Pustulæ sūt cū febre nascē tes morb9 ut p̄rimū puerilis:Cācer terrificus & īsanabilis mor bus altas ac plures agit radices:de quo Ouidius.

Vtq; malum late solet immedicabile Cancer
Serpere:& illæsas uiciatis addere partes:

Huius spēm dicūt Cācrenā:quæ & Carcinoma:uomicaq; dicit̄ de hoc morbo Plinius libro.vii naturalis historiæ memorabi le recitauit exēplū.dicit nāq; phalereū ul̄ ut qdā uolūt phereū cū in uomicæ morbo derelictus esset a medicis:& ppea uitam ptesus̄ mortē ī acie q̄reret:uulnerato pectore medicinā inuenis se:& ab hoste curatū esse.fecit itaq; sors:qd̄ artis industria nō fecerat:Sacer ignis pustulæ sunt corpus adurētes:Febriū gene ra p̄rima sunt:Sūt nāq; quottidiāæ:cōtinuæ:tercianæ: & hemi triteus quē uolunt qdā esse tertianā : quæ ex duorū dierū spa tio duodecim horas tm̄ relinq̄t sanitatis: Verū id medicorum subtiliori iudicio relinq̄mus.Satis est nobis morborū noīa p-

currere.ut quod insidiis premamur intelligas:Sunt quartanæ duplices simplicesq;.febré autem dicūt noxiū ac putrefactum humorem clausis corporis poris exire nō ualenté:Apoplexia latine dicitur Attonitio subito sensum omnem motumq; re- cidit:nullis morbi præcedentibus signis: Ideoq; interpreta- tur subita percussio.huic quoq; psilis est sed nō adeo nocens epilepsia.latine comitialis:uulgo caducus morbus appellatur. uterq; morbus ex oppletione Ventriculorū cerebri fit:cū ua- pores a stomacho mittūtur ad caput:q uias quibus uitalis spi ritus deriuatur in mēbra claudunt & impediūt:Spaticus ē qui pauore ac si dæmones occursantes uideat absterritus nō po- test loco cōsistere:Sunt etiam lunatici quorum unum Chri- stus sanasse dicitur:hi certis lunæ temporibus seu id dæmon seu noxius humor uaporue efficiat: magis uexantur.Tres hi morbi.s.comitialis lūaticus: & spaticus affinitaté quádá hñt: & eos nobis nascentibus ingenerari uolunt Mathematici:cū luna fuerit male collocata:quod an uerū sit:ille nouit:qui ipsá lunam creauit & cœlos:Lethargus ē ut medici uolūt:in parte capitis posteriore ubi memoriæ domiciliū est Apostema seu: ut latine loquar:recollectio quedá grossior memoriá ebetans & est grauedo capitis obliuiosa:ληθη namq; obliuio ē:lin- guæ quattuor ad loquédum sunt impediméta:quattuor no- minibus appellata:Balbus cui lingua quasi grossior sit impe- ditur:Blæsus qui dū loquitur litterá aliquam omittit .sicut de Demosthene dicitur qui dū iunior esset primá artis q̄ disce- bat.s.Rhetoricæ litterá.Rho.uidelicet pferre non poterat: Traulus est cui in uno quoq; uerbo lingua multum luctatur: Opicus q uerba inculcat & supplátat:Vitiligo ē quædam cu tis maculatio deformis:Hisciacus est qui nimiū oscitat:Osce- do oris fœtor:Raucedo uocis impedimentū:Cœlistoma est cum recisa uua q̄ uulgo uuula dicitur:uox quasi i recessu oris audit̃:Tōsillæ sunt i faucib9 & i ultio palato gládulæ nōnūq̄

acri dolore hoiem afficiētes: Angía grauissimus acutissimusq̄ morb9 i mortē nisi repēte occurrat̄ iducit: Synáche & pasyná che græce dicit̄:ea fauces cōprimēs & cibi & uocis iter occlu-dit:Synácia uero nō est ut qdá putát morb9 ágínæ sed magis locus ubi ualles duæ cōueniūt.Quibus gutt̄ inflat̄ gutturosi strūosiq; uocant̄.Nōnūq̄ a misso loquēdi usu muti reddimur: quo seu uicio:seu morbo nescio an alius magis contra naturā hoib9 accidat:uox náq; ad exprimēdos ai cōceptus:ut Aristo teles i lib.peri hermenias testat̄:ad orádū ad loquēdum p̄ sin gulari dono a natura cōcessa ē: sine cuius usu cū neq; dóestica neq; ciuilia negocia ptractēt̄:cōstare ñ posset húana societas: ppea laco.apl̄us iq̄t ligua modicū mēbrū ē:sed magna exaltat: in pte pulmōis tabes pthisis:i toto pulmōe pulmōaria uocat̄: Asthmaticus ē q difficile respirat:Cardiacus uero q cordolio pmit̄:cuius mlt̄æ sunt spēs:ut tremor & cōstrictio:q̄ ipam ui-tæ regiá obsidētes uicinū hoī minat̄ iteritū: Phrenesis ex cor dis uicio nasci putatur a qbusdá.ea si continua ē insania fit:& tales mentis inopes:aut mente capti noiant̄:Epatarius est cui malum est epar:Lyenosus cui splen est molestus:& latine sple neticus uocatur:Nephretici sunt qui renū doloribus angunt̄. Cruditas stōachi uū pleraq; morborū genera driuát̄:ē cū stōa chus facile lædit̄ & difficile cócoqt:Cœliaci seu ciliaci sunt q̄ stóachi uicio:uētris pfluuio dissoluūt̄.κοιλια.n.uēter dicit̄. sit colicus dolor in uentre sub cingulo quo plerosq; uidi-mus acriter cruciari: Iliacus dolor qui ab aliquibus cordap-sus dicitur quantæ sit uiolentiæ & atrocitatis ab Andrea ben tiuolo antiquæ nobilitatis ac magnificentiæ uiro:ciue ac pa-tricio optimo:& i sexdecimuiratu collega tuo potes itelligere Calculi & strangurίæ morbos cū urina guttatim uix emittitur: pnitiosissimos audio:q̄ me & auo & patre priuauerūt:ap i tis dolores & cū totū & cū ps:q̄ ē hemicráea:cū.s.media cranei.i.

caluariæ pars dolet:cũ cruditate ſtomachi cũ inflamatiõe epa tis uſq; ad febrẽ:quá ꝙ ſic cõſueſcat ut nõ diſcedat neq; ſẽtiat: dicunt ethicá:diu ꝑpeſſus ſum dentiũ quoq; dolorẽ & lõgum & acerbiſſimum pene uſq; ad rabiẽ ꝑtuli.ná cum Paulo Apl'o libenter gloriabor in infirmitatibus meis : ut inhabitet in me uirtus Xp̄i.eſt alius ſordidior morbus Phthiriaſim græci: no ſtri pædicularem nuncupant.cum.ſ. in toto corpore pædiculi ſcaturiunt:quo morbo Sylla ille maxíus Romanorũ dictator: Qui Marium:qui Iugurthá:q Mithridatẽ: q Romá ip̄am do muit:eſt puteolis cõſumptus:ſingulare ſpectaculũ erat cernere tñ̄ uirũ tot uictoriis clarũ Imꝑatorẽ : mõ dictaturæ maieſtate depoſita:íter pædiculorũ acies moriẽtẽ:quẽadmodũ ſolet ene catus ſerpẽs inter formicarũ plæbẽ numeroſá ſpectari a pueris ſunt aliæ q̄ plĩmæ ægritudines & uitæ noſtræ miſeriæ:qbꝫ ueli mus nolimus:oẽs ſubiicimur:Quod cernẽs Plinius í uigeſimo ſexto na.hiſt.libro recitatis mltis morborũ gñibus ,ſic iqt:qͣ hoc eẽ dicimus:aut q̄s deorũ iras?Parũ.n.erát hoí cætera mor borũ genera:cũ ſupra trecẽtũ eſſent:niſi ẽt noua timerent.

De qbuſdá aliis hũ ani gn̄eris íſortuniis Cap.xx xi.

a Ccidunt etiá uulnera:ſeu ſponte illata : ſeu caſu oblata.accidit corporũ:ſeu natura:ſeu al'r indu cta debilitas:deformitas:monſtroſitas. aí quoq; ruſticitas:ignorátia.ſtoliditas:infamiæ ẽt quas ꝑ licentiam obloquente uulgo uitare non poſſumus. Accedunt uariæ hoíum quibuſcum uiuimus naturæ.praua ingẽia:falſa iu dicia:Zelus.Inuidia.ſuboriunt ſuſpiciões:pricipũ ídignatões: cliẽtũ ígratitudíes.Amicorũ cal áitates. ánonæ caritates.Sæpe etiá ſurgunt bella externa:ciuilia:domeſtica:filiorũ rebelliões & eorum quos fideles arbitramur inſidiæ impoſturæ: delatio nes:ꝑditiones:fraudes:ſimultates : odia : temeritates : ſiniſtri

euentus:casus insperati.impræuisæ clades:Pestilétiæ: timores: anxietates:mors semper impendens: & in omni nostra actio-ne ac negocio fortuna prædominans. & deniq; nemo est qui non habeat de præterito quod doleat.de futuro qđ timeat. Quis ista considerans non cupiat cum Paulo dissolui:& esse cũ Christo?Propterea dicebat.Miser ego homo quis me se-parabit de corpore mortis huius? Sunt alii q̇dam seu morbi seu prodigia : quæ me uitam hanc formidare compellunt.re-perti sunt quibus cum domirent:in stomachũ serpentes intro ierint.Quin & in nostris aluis serpẽtes enascuntur: quod qui fabulosum putat:legat Pherecydem philosophum : & poetá clarissimum Pythagoræ præceptorem copia serpentum e uen-tre erumpente quondam emortuum:Taceo ruinas tectorum: uidisti.n. quot hoĩes ante duos annos hic Bononiæ una tur ris oppresserit:Taceo incendia:fluminũ inundationes:fulmi-num ictus:Terremotuum uoragines:Terræ hiatus:Chasmata & fissuras: quibus nonnunq̃ integræ Ciuitates absorbentur: Taceo bestiarum impetus.Imbecillitatem nostram sileo : quæ tanta est:ut unius dentis etiam minimi morsu moriamur:Mu-lier prægnans una oscitatione sternutationeue uno lucernæ extinctu solet abortire:Anacreon(ut Plinius author est) Aci-no Vuæ passæ:Fabius senator in haustu lactis uno pilo stran gulatus est:Nos inter tot insidias iter tutũ: inter tot miserias fælicitatẽ:inter tot tristicias hilaritatẽ:inter tot hostes pacem: inter tot mortes uitam:& q̃ longá nobis ꝑmittimus:Quæ ná est ista nostra stoliditas:quæ nullo sermone minui:nullo exẽ-plo cohiberi:nullis minis terreri:nullis flagellis castigari:nullo argumento uinci:nullo medicinæ genere cõpesci potest? Vere stulti & mente capti & sine ulla spe salutis phrenetici sumus: qui deum ultorem scelerum credimus:& coram eo ridentes in

pēm neqtiā turmatim irrumpimus: Hæc igitur hactenus dicta ſunt ut uitæ noſtræ condicionē agnoſcens malorū tuorū portiunculā quæ ad aīæ ſanitatem deo ſic diſtribuente contingit: pa:iētius feras: Caput hoc Heſiodi poetæ grauiſſimi uerſu cōcludamus πλειη μεν γαρ γαια κακων πλειη δε θαλασσα. qđ: ſi uerti pt: plēa malis tellus: plēæ ſūt æquoris unđ

Quod homo naturaliter ærumnoſus ſit teſtimonium ex Plinio. Cap. xxxii.

Ed ad cōterēdā magis appetitus noſtri petulātiā: ſubiicio hic principiū ſeptimi libri na. hiſt. Plinii: in quo noſtrorū corporū miſerias oīs breui oratione cōplexus eſt. ait. n. ſic de natura: Añ oia unū aīantiū cūctorū alienis uelat opibꝰ. cæteris uaria teguīnta tribuit: teſtas: cortices: coria: ſpinas: uillos: plumā: pēnas: ſquāmas uellera: trūcos ēt arboreſq; cortice interdū geīo a frigoribꝰ & calore tutata eſt: hoīem tm̄ nudū & in nuda humo Natali die abiicit ad uagitus ſtatim & ploratū: nullūq; tot aīaliū aliud ad lachrymas: & has ꝑtinus uitæ prīcipio: at Hercule riſus ꝑcox illi & celerrimꝰ añ q̄drageſimū diē nulli daṫ. ab hoc lucis rudimēto: qđ ne feras qdē īter nos gēitas: uincula excipiūt: & oīum mēbrorū nexus. Atq; īfeliciter natū iacet māibus pedibuſq; deuinctis flēs aīal cæteris impaturū. & a ſuppliciis uitā auſpicaṫ: Vnā tm̄ ob culpā qa natū eſt: Heu demētia: ab his initiis exiſtimātiū ad ſupbiā ſe genitos. Prīa roboris ſpes primūq; tpis munus q̄drupedi ſilem facit: qñ hoī inceſſus? qñ uox? qñ firmū cibis os? q̄diu palpitās uertex? ſūmæ īter cūcta aīalia ībecillitatis indiciū: iā morbi tot atq; medicinæ tot cōtra mala excogitatæ: & hæ quoq; ſubinde nouitatibus uictæ: Cætera ſentire naturā ſuā: alia pnicitatem uſurpare: alia ꝑpetes uolatus: alia uires: alia nare hoīem ſcire nihil ſine doctrina: nō fari: nō ingredi: nō

nesci:breuiterq; nõ aliud naturæ spõte q̃ flere.Itaq; mlti extite re:q nõ nasci optimũ cẽserẽt:aut q̃ ocyssime aboleri. Vni aiantiũ luctus est datus:uni luxuria:& qde inumerabilibus modis: ac p singula mẽbra. Vni ambitio:uni auaricia:uni imẽsa uiuẽdi cupido:uni supstitio:uni sepulturæ cura: atq; ẽt post se de futuro:nulli uita fragilior:nulli rerũ oĩum libido maior:nulli pauor cõfusior:nulli rabies acrior:Deniq; cætera aĩalia in suo genere pbe degũt:cõgregari uidẽus & stare cõtra dissimilia.Leonũ feritas iter se nõ dimicat: serpẽtiũ morsus nõ petit serpẽtes nec maris qde beluæ ac pisces nisi in diuersa genera sæuiũt:At Hercule hoi plura ex hoie sunt mala.sic Plinius.

Quod nõ ẽ rephẽsibilis autor ex multa autorũ & maxĩe gẽtiliũ citatione:& cur hõ nudus nascat᷑. Cap.xxxiii.

Ed nec putes me q̄ cõfugiã ad gẽtilis hoĩs autoritatẽ ideo redarguendũ.ait.n.noster Augustinus: Philosophi si quæ fidei nostræ cõsẽtãea dixerũt: nõ solũ formidãda nõ sunt:uerũ ẽt ab eis tanq̃ ab iniustis possessoribus in usum nostrũ cõuertenda: sed neq; uicio detur q̄ in hunc libellum nostrum aliena congesserimus : nam appetitus cõtumaciam restinguere nostrũ est institutũ.id seu nostris seu remediis fiat alienis: quid ad ægrotum? De Chrysippo cuius tantum fuit in dialectica nomẽ aiunt q̄ testimoniorum nube uteret᷑:& quibusdã suis opusculis totã Euripidis Medeam inseruit: & Apollodorus Atheniẽsis de eo dixit:si quis tollat de Chrysippi libris quæ aliena sunt:charta ei uacua relinquet᷑:Plinianæ sẽtẽtiæ caustica uis inest: quã quia potest luxuriantẽ appetitum reprimere: tãq̃ pharmacũ opportunũ & fomentum salutare porrigimus:ad id tñ quod dicitur hoĩem nasci nudũ Aristoteles de generatiõe aĩaliũ libro scd'o respondit dicens.Homo nudo maxime oĩum & intecto cor-

pore naſcitur:quoniá minimũ in eo eſt terreni recreméti:quæ cá facit ut ungues q̃ minimos pro portioneſortiatur.

Cur Deus ſlocipẽdat corpus ratiões naturales.Cap.xxxiiii.

r Ecitatis tot morborum ac incõmodorum generibus:quibus humanum corpus afficitur:remanere potuit in corde tuo quidã noxiæ cogitationis aculeus caſtigatæ cõſciæ pmoleſtus.uideri.n.põt deum noſtri uel nullam : uel certe paruã rõnẽ habuiſſe:quos tot calamitatibus & ærũnis expoſuit:& ſic nomẽ patris quo illum in primis honoramus amittet ſi paternam curã & pietatẽ uel amiſiſſe uel non habere probabitur:ut igitur excludatur huius cogitationis importunitas uicina præcipitio præter rationes antedictas ad conſiderandum rerum naturam cõuertamur:quo manifeſte conſtet deo corporum noſtrorum maiorem curam eſſe non debuiſſe.quod ſi altius repetemus: audire non pigeat.nam non erit rei naturalis iniucunda narratio:Philoſophi omnes in corpus & ſpiritum ſubſtantiam partiuntur:Corpus uocant quod uideri : quod tangi : quod audiri : &aliis ſenſibus percipi poteſt: ſpiritum uero quod quaſi inane ſub ſenſum non uenit : ſunt tamen & corpora quædam naturæ adeo tenuis & exilis ut uideantur & appellentur ſpiritus : ut uapores terreſtres : ex quibus ſi imbibito calore ſolis eleuantur : fiunt uenti : tonitrua: co metæ : ſtellæ cadentes : ſi uero intra terræ uiſcera obturatis ſpiramentis occludantur:terræmotus exurgunt:ſontes caleſiũt.& qui ex aqua reſoluunt̃:ex qbus nubes pluuiæ gran din es:et id genus alia pcreantur .Itẽ qui magiæ naturali dant operã:ſolent ſpũs uocare ptes ſubtiliores ex corpibus mixtis puta ex uino & huiuſmõi aliis uirtute ignis & caloris emunctas:qn & in corporibus hũanis puriores ſanguinis ptes:q̃ p

arterias ad uegetanda mēbra plabunť:ſpūs uocanť a me dicis:& eos trifariā diuiſerunt: in naturales q in epate: in uitales q in corde:& in aīales q in cerebro generanť . his oībus q̄q̄ ſint corpa:tm̄ ſpūs nomē eſt inditum:q ſingulari priuilegio ſubtilitatis & actiuitatis excellant: ſpūs tm̄:ſi more ſtoicorum uim uocabulorū inſpicimus:halitū ſignificat.& ad uentum extēditur:iuxta illud pſalmi:ignis grādo:nix:glacies:ſpūs pcellarum:ſumiť & p aīa:iuxta illď. Spūs & aīæ iuſtorū.& itē aīa p halitu:Plinius.n.in libro naturalis hiſtoriæ dicit:aīæ hoc eſt halitus Leonis: ineſſe uirus graue:& urſi peſtilens:ſed iam a corporeis ad īcorporea trāſeamus:aīam uegetabilium quæ nutriendi:creſcēdi & generādi principium eſt:Itē aīa brutorum quæ pdictis ſentiēdi & mouēdi uim ſupaddit:nec nō & aīa rōnalis:in qua pdicta duo aiæ genera ſicut trigonum & tetragonum in pētagono cōtinentur:ſpūs ſunt: & pſertim aīa rōnalis:Sunt & in aere ſpūs qdā iuxta Pauli Apli traditionē nō eſt iqt nobis colluctatio aduerſus carnē & ſanguinē:ſed aduerſus prīcipes & poteſtates tenebrarū harum. tenebras āt uocat caliginoſum hunc aerē : q circumfuſus & cōtiguus mari p uicinitatē & cōfuſionē in aquarū naturā degenerat : uel magis p tenebras mediā aeris Regionē intelligit ubi regnū eſt uentorū:ubi nubes & grādines:& multa terrarum incōmoda generāt:illā.n.lumine carere & ſemp tenebroſam eſſe phyſica rōne pbatum eſt:nam ſi ut aiunt:& experimentum indicat:reflexio radiorum a ſolidi corporis plana ſupficie repcuſſorū caloris & luminis eſt cauſa:nullum erit in ea parte lumen quæ tm̄ a terræ & maris uerberatu ſeiuncta eſt: ſed iam pposito accōmodetur oratio.In oī fere corpore uel uere ſpūs eſt:uel qddam

aliud:quod propter naturæ uicinitatem spiritus dicitur:
& id quidem est in omni re melius: ubiq; præstantius:
Quicquid enim est in re preter spiritum:spiritus compa-
ratione fex est:purgamentum est.Interroga empericos:cũ
aqua ardens per ignem educta est: quid ex uino restet ni
si insulsus liquor:& quasi quoddam corpus emortuum:
Quid pluribus opus est? Quicquid per corpoream na-
turam fieri dicitur: opus est spiritus latentis intrinsecus:
ab eo tanquam a fonte omnis operatio deriuatur: a cor
pore uero ut ab instrumento:propterea recte ab Aristo-
tele dictũ est aĩam opationũ uitaliũ esse principium:quid
mirũ igitur si naturæ opifex deus: qui corpora spiritibus
aĩauit:qui figmentum nostrum cognoscit: qui scit corpus
nostrum esse puluerem:qui oẽm nostram uim aĩæ insculp
sit:corpus paruipendat:admirantur pueri pomi amænita-
tem:quæ est in cortice.tu uero piecto cortice qđ sub eo
seruas.in frumenti spicis contemplamur sagacitatẽ naturæ
mirabilẽ:granorum ordinẽ & dispositionẽ: foliculorum
amictum:aristarum uallum:& eximiã in toto illo ope ue-
nustatẽ.Attamen post modum omni extrinseca pulchritu
dine cõtẽpta spicas conterimus:& paleas ad uentum iactã
tes ad solum granũ curã extendimus:quod si deus facit in
homine quod tu sapienter facis in messe:miraris & dam-
nas? Mirari potius debes hoĩum ignorantiam:temeritatẽ
audatiam.ꝙ se nõ agnoscant: ꝙ Deum incusent:quod iu
dicium eius non formident. Deus spũs est. Vis causarum
Cœlestium atq; terrestium in spiritibus est: oĩs corporea
substantia ab incorporea gubernat:& regit.flocipẽdẽda
ergo & contemptui habenda sunt corporea hæc mẽbra.

aius uero omni cura excolendus:ſupradictis oibus aſtipu latur Paulus immo ſpiritus ſanctus in Paulo loquēs cum inqt:Habemus Theſaurum iſtum in uaſis fictilibus:Theſaurum uocat aīam: uaſa fictilia ſunt membra : Quorum incommoda aiabus materia uirtutum: appetitus frenum: & ſpiritualis profectus occaſio:Omnes qui ad ueram ſapientiam uel peruenerunt uel peruenire uoluerūt corpus non contēpſerunt ſolum:uerum de induſtria macerarunt: prætereo ſanctos de quibus id manifeſtum: Venio ad gētiles:Pythagorici a carnibus abſtinere: Diogenes cum baculo & pera mēdicans: & diſcipulos mendicare docebat in cuius contemptum ut exiſtimo dictum eſt: a Xp̄o noli te portare baculum neq; peram.ut oſtenderet lōge ēt minorem:q̄ Diogenes prædicaſſet corporis curam a nobis habēdam:ipſe Epicurus quem aliæ philoſophorū ſcholæ quaſi impudicum & de ſūmo bono male ſentientē explodunt cum cœnare lautius uolebat & genio(ut aiunt) indulgere Pane & Caſeo uictitabat.Sacerdotes Aegyptii in templis ſe claudentes Pane Sale & hyſopo ueſcebantᷣ: Gymnoſophiſtæ apud indos ut teſtis eſt Philoſtratus in uita Apollonii Tyanei ſe inedia extenuabant:ſomnum & eum perq̄ breuiſſimum in nuda humo capiebant.Caloris & laborū ita patientes ut ſaxei uiderentur de his Plinius in ſeptimo naturalis hiſtoriæ libro de indis loquēs ita dicit philoſophos eorum quos gymnoſephiſtas uocant cōſtat ab exortu ad occaſum perſtare contuentes ſolem immobilibus oculis feruentibus harenis toto die alternis pedibus inſiſtere : Socrates quorundam muliercula rum quas domi habebat Contumelias : & opprobria

& omne genus iniuriarum sic ferebat: ut ab eis se meliorẽ fieri prædicaret: de eodẽ Socrate legius: nisi mea me fallit memoria: apd A. Gelliũ: q̃ aiæ corpus ita subegerat: patiẽtiæ disciplina sic formarat: ut a uespera usq; ad uesperam ꝑdius & ꝑnox fixis in eundẽ locum semꝑ oculis: & in eisdem uestigiis ꝑsistebat: quasi facto a corpore mentis excessu: seneca de corpore loquens asperius inquit: tractandum est: ne animo male pareat.

Quod tota natura non consistit in anima. Ca. xxxv.

P Ropter ea quæ de corporis uilitate disseruimus: ut putauerũt q̃dam totam humanæ naturæ perfectionem in aía esse: corpus uero quasi thæcã hoīs & appendicẽ animi nihil ad integritatem naturæ ꝑtinere: cui sententiæ obuiant nõ Peripatetici solum: sed & Catholici: q aías ad corpora tanq̃ ad speciei partem inclinari: & destructo corpore hoīem interire ac esse desinere dogmatizant: Xp̄um insuꝑ intriduo mortis ꝑpter corporis & aíæ seꝑationẽ: hoīem non fuisse: est Theologorum cõmunis opinio. & in eo allucinatum esse uolunt Petrum Lombardum: qui magister sententiarum appellatur: carnis etiam resurrectionem prædicant: ut in natura integrata recipiat unusquisq; stipem eorum quæ gessit in uita.

Quæ sint mortis causæ contra philosophos & mathematicos. Cap. xxxvi.

n Ec de mortis necessitate conqueri debet sapiens: tria. n. sunt uitæ genera quæ expir unũ queq; oportet: primũ in mortali corꝑe sc̃d'm

extra corpus: tertium rursus in corpore:cum corruptibile induerit incorruptionē: & mortale exuerit mortalitatem hic est animarum circulus perfectus: cum a corpore dimissæ rursus in antiqua sua membra cōpleta periodo remearint:est alia(ut aiunt)moriēdi necessitas:ꝙ uidelicet ex cōtrariis constamus elementis:quæ assidue agendo ac patiēdo inuicem corroduntur: Verum hæc ratio iudicio meo breuitatem quidem uitæ:mortalitatem uero non ostēdit: Constat.n.diu stare non posse:quod assidue defluit: At si non ex contrariis elementis sed ex uno tantum plasmaretur corpus: elementorum contrarietas ablata esset: nō tñ mortalitas. Corruptibile.n.est corpus siue ex uno elemento constet siue ex pluribus. ipsa namq; elementa sua pte natura morti & corruptioni subiecta sunt:Non.n.puto aerem si solus esset in mundo:& ab aliorum elementorum contrarietate liber:fore incorruptibilem: Aliam mortis necessitatem a numero aiarum prope infinito Platonici trahunt:Aiunt.n.materiam tot corporibus simul gignēdis nō sufficere:quot animæ sunt fuerunt & futuræ sunt: & ꝓpterea ut aliæ succedāt: oportere priores abscedere: & corporum suorum materiam nouis animabus quasi domum nouis hītatoribus tradere.ut spūum naturaliū numerus impleatur:uelle igiť semp uiuere(si uera hæc sunt) nihil aliud est q̄ materiam aliis aiabus debitā plus æquo uelle occupare: & futuris impedimento esse ne nascātur: Quod q̄ improbum sit iudicemus nos:qui nondum nati essemus:nisi maiores nostri iam decessissent: Tu ergo qui cūq; es q male uiuēdo mēbra tenes ī seruitute peccati:Memēto corpis tui materiā expectari ab aīa fortasse meliori: Cui ꝙ diu uiuas infertur iniuria:si eius Creationi tuæ ob

ſcœnæ uitæ obſtat longitudo:Conſtituit ergo ſecundum hos deus breues dies hoīs:ut certi tpis curriculo oīum ſū ma ꝓdeat aīarum:Ex prædictis inferri poteſt quod conceſſum eſt a philoſophis oībus materiam rerum corruptibilium nō corrūpi : iuxta illud Naſonis Pythagoreorum opinionem recitantis.

Non perit ex toto quicq̄ mihi credite mundo.
Sed uariat:faciemq; nouat:naſciq; uocatur.

Appetit āt materia ſēp nouiſ exornari formis:forma materiæ dominari.Et ubi una forma deſtituta eſt materia ad eādē nūq̄ niſi in die iudicii:ad ſimilē uero nō ſtatim reuertiť.pōt tn̄ & ſtatim hoc ē breui tpe reuocari:ut ſi corpus humanū māduceť ab hoīe:ſicut apud Anthropophagos mos ē.trāſeūte.n.Cibi pte in ſemē humanū pōt ex illa materiæ portiuncula fieri embryo.& ad rōnalis aīæ redire cōſortiū: Quod ſi curioſitas hūana q̄ſierit quo pacto fieri poſſit:ut eadē materiæ pars quæ ī p̄lībus hūanis corpib9 fuerit:in iudicio ſurgat.cū oībus nunq̄:cū quonā igitur? aiūt Theologi q̄dā cū prīo reſurrecturā:& qď eius defectu minus erit in reliq̄s:ſupplendū a deo.quēadmodū.n. pāes mľtiplicauit ī deſerto:p̄t & materiā augere ī iudicio: q̄ ſi tota uni9 materia fiat tota alteri9:oportet nouā alteri materiā dari : nec ut eccl̄ia docet ꝓprie carnis reſurrectio eſſet.Aſtronomi uitā cœlo metiunť.negat Epigenes centū uigintiduos uitæ annos excedi poſſe. Beroſus cētū ſeptēdeci.Reges Petoſyris & Necepſos aiūt poſſe in Italia cōtigere uitæ ānós cētū uigintiſex. Obſeruādos annos climactericos monēt mathematici:hoc ē ſcāſiles & gradarios. & hi ſunt qui ex ſeptē & nouē numeris in unū cōflu

entibus ſurgunt: hi nãq; duo numeri ut aiũt decretorii ac malefici: & ad uitã ſuccidendã pollentes ſunt:& ppea ſexageſimumtertiũ annũ ſæuũ & peſtilentẽ dicũt.ꝙ nouies ſeptẽ & ſepties nouẽ eum numerũ reddunt:hæc aſtronomica ſupſtitio:ut Tranqllus teſtis eſt:ipſum quoq; pturbauit Auguſtũ:Sed ut Plinius iqt in ſeptimo libro naturalis hiſtoriæ capite.xlix: Artis ipſius Aſtronomiæ incõſtantia declarat q̃ incerta res ſit:Recurramus nos ad Paulũ apſm qui non cœli ſed dei arcanorum eſt conſcius:& diſcamus ab eo ſtatutum eſſe omnibus hominibus ſemel mori.Iob etiam audiamus dicentem. ſtatuiſti terminos eius qui præteriri non poterunt: his contenti cauſis inquirendis ſinem imponamus. nam iſta curioſitas eſt præcipitio uicina temeritas.

De cauſa breuis uitæ & mortis:& de annis antiquorum patrum. Cap.xxxvii.

Ec de breuitate uitæ dolẽdũ nobis eſt more Theophraſti:qui naturã uiſus eſt accuſare:ꝙ Cornicibus Ceruis ac Elephantis longiſſimã uitã dederit.hoĩ uero cuius intererat:& cui maxime debebaẽ:in ſtatuendo uitæ ſpacio uſq; ad ſuſpitionẽ inuidiæ parca fuerit:Immo ſi Moſi Credimus naturæ opifex deus in diſtributione uitæ tam liberalis fuit: ut homini poteſtatem fecerit nunq̃ moriendi: ſed qui perfecte credunt diuinis eloquiis: & cum iuſtitia & pietate uitam degũt præſentis exilii breuitate cõtẽpta:ĩn igis deo gratias agũt ꝙ hoĩ cœlũ apuerit q̃ naturã accuſent ꝙ auara uitæ fuerit:Sed finge nullã hoĩ

Cœleſtium bonorum ſpē relictā: qd de breuitate uitæ dicendum ſit in principio libri de bello iugurthæ luculēto ſermone Criſpus explanat. falſo inqt queritur de natura ſua genus humanū: q Aetas imbecilla atq; breuis æui fore potius q̄ uirtute regatur: nam contra reputando neq; maius aliud: neq; p̄ſtabilius inuenies: magiſq; natutæ induſtriam hoīum q̄ uim aut tempus deeſſe: ſed dux atq; Imperatot uitæ mortalium aīus eſt: ſic ille: Quod uero ante diluuii generalis egreſſum fuerit uitæ humanæ tanta prolixitas: neq; mirari neq; illi ſæculo inuidere: neq; eam ſibi optare quiſq̄ debet: Erant illis quidem hoībus ut Aſtronomi aiunt: & experimento conſtat Cœli ꝓpiciores. uolunt nāq; Aſtronomi duos eſſe Zodiacos: unum in nona ſphæra: alterum in octaua: qd' firmamentum uocāt. & iuicio rerum ac tpum ſic a deo diſpoſitos ut aries arieti: taurus tauro: geminis gemini iungerentur. & amborum Coeuntibus in unum uiribus fortior in terris fiebat influxus. unde & herbas tunc ſalubriores: & fructus terræ meliores: & longiores aīantium uitas fuiſſe non dubium: poſtq̄ ſoluta p motum ſocietate ab inuicem diſceſſerunt: totus inferior mundus ægrotauit: ſuperaddunt Theologi primum parētem filios & nepotes talibus diſciplinis imbuiſſe: ut qd utile qd noxium uitæ eſſet: per ſe unuſquiſq; cognoſceret: Addunt & terræ uliginem tunc ſynceram frugibus ſuppeditaſſe alimentum melius & uberius: quæ poſt diluuium ſalſedine maris imbibita debilior fuit: Et deum iccirco uetuiſſe ne Adam de ligno qd' uitæ dicebatur: qa uitæ ꝓducendæ uim hēbat: iterum deguſtaret: ne ꝓlongaret ſimul cum uita miſerias: debuiſſe āt potius illos q̄ nos tā diu in uita eſſe ſic ꝓbant: q uidelicet nullæ p̄deceſſorū

inuenta:nullas artes:nullas ſcientias tūc hñtes oportebat lo gis experimentis ea pdiſcere:quæ nos ex aliorum ſcriptis:& ex maiorū noſtrorum lucubrationibus facile & cōpendioſe docemur:Reducta eſt tádē cómunis uitæ humanæ ſūma teſte Dauid in pſalmis ad annos ſeptuaginta: & in eodem adhuc ſtatu perſeuerat.

De ánis hoīum añ diluuiū:cōtra Pliniū. Ca.xxxviii.

e X his patet illos primi ſæculi ános fuiſſe noſtris pares uel Paulo minores: táto.ſ.qto lunaris ſolari eſt breuior:Dauid.n.de annis loquens a ſuæ gentis more q deſcendit a Moyſe non receſſit:Plinius in ſeptimo naturalis hiſtoriæ libro capite:xlviii.ſic de annis inquit: annū alii æſtate unum terminabant.alterum hyeme.Alii quadriptitis tpibus:ut arcades:quorū anni trimeſtres fuere: Quidam lunæ ſenio: ut ægyptii.Itaq; apud eos aliq ſingula annorū millia uixiſſe pdunť:ſic Plinius.Quibusuerbis oſtendit ſe putare annos qui primis patribus tribuuntur fuiſſe menſes:Verum hæc exiſtimatio per ſe ſatis explodiť:longe.n.plus nos uiueremus:q̄ illa mundi adhuc recentis antiqtas. nam centū annis:mille ducenti menſes includuntur:qui numerus annorum nulli illorum aſcribiť: ſed quod euidentius argumentum eſſe poteſt aduerſus eos qui annos hebræorum menſes dicunt.q̄ ipſe Moſes qui dixit:uixit autem Malalehel ſexagintaquinq; annis:& genuit Iared. certe ſi ános pro mēſibus accipit:Malalehel quinq; annos & totidem menſes natus genuiſſet.quod ut Perſius iqt:Nō ſani eſſe hominis non ſanus iuret Oreſtes.Sed de his tranſeunter hæc dicta ſint.

Quod uita humana non ſit breuiata. Cap. xxxix.

Eſſat inſuper illorũ opinio qui dicunt uitam humanã eſſe breuiatam: Nam ſi tpe
c Dauid idẽ:qđ modo eſt ſpaciũ uitæ fuit: quomõ dicemus in dies uitã breuiari? Et qđ inter Dauid & noſtrã hanc ætatẽ annorum duo millia quingenta:& eo amplius interceſſerũt: quo tpum curſu lõgiſſimo manifeſta uitæ breuiatio facta eſſet. Quod ſi dicas uſq; ad centeſimum annũ & amplius illis tpibus quoſdã ſupuixiſſe:reſpondebo & poſteriori- bus ſæculis idẽ cõtigiſſe:& nũc quoq; cõtingere: Arganto ni rex Tarteſiorũ cẽtũ qnquagita:Cinyras rex Cypriorũ decẽ ãplius:Epimenides cẽtũ qnquagintaſeptẽ: Gorgias ſiculus cẽtũocto: uel ut Pauſanias iqt cẽtũ qnq;. M. Valerius Coruinus cẽtũ: Terẽtia Ciceronis cẽtũ & ſeptẽ uixit annos. Sub Tito & Veſpaſiano:ſicut Plinius meminit in ſeptimo libro naturalis hiſtoriæ:cenſu per Italiam agitato uiri centum & uiginti annos nati:Parmæ tres reperti ſunt: Brixelli centũ & uigintiquinq; unus. Item Parmæ centum & triginta annorũ reperti duo.in ueleiacio oppido placẽ tino ducentorum & decem annorum ſex. Ioannes qdam Caroli Magni Romanorum Imperatoris armiger uitæ lõ gitudine par Neſtori tercentum annos uixiſſe perhibetʳ. Ex quibus ueriſimile ſatis eſt quod Petrus Aponenſis rationem ſideralem ſequens in conciliatore dicit uitam hu- manam modo breuiari: modo produci pro uario curſu & diſpoſitione cælorum. Patet etiam uanum eſſe quod Epigenes:& Beroſus:Petoſyris:& Necepſos & alii Mathematici de terminis uitæ tradiderunt:Non ergo de ſpa

cio uitæ noſtræ dolendum:ſed omnío curandũ ne fruſtra uiuamus: Phocylides dicit uitã eſſe trochum:eſt aũt trochus reuolutio:rota:Curſus: Cuius finis certus:ſed quando:incertum. Propterea a Xp̃o dictum eſt: Vigilate itaqꝫ quia neſcitis diem neqꝫ horam.

Quod ægritudo præſeruat a multis flagitiis. cap.xl.

e St aliud quoddam in infirmitatibus priuilegium ſingulare:quod in liberis ciuitatibus licet aduertere: ubi ut plurimum factiones ſunt: & contentio eſt inter ciues de potẽtia & de honore ac præſidentia.dum.n. quiſqꝫ clientelas habet: & ſuos tueri:ac extollere nititur cum magno conſciæ detrimẽto multum laborum multum piculorũ frequẽter ſuſcipimus. & pedetentim in anguſtias pellimur: a quibus explicari ac expediri poſtmodum uel impoſſibile uel certe difficile: At qui bene ualet: & ab huiuſmodi officiis continet: ignauus ſegnis ſtolidus putatur: ſed qui morbo impediente detinetur: malarum operarum conſcientiæ non ponit offendiculum. & apud omnes in promptu habet excuſationem. uiuit ſibi: ſanos autem ſibi uiuere non licet unoquoqꝫ in ſui fauorem illud Platonicum uſurpante: Non ſolum nobis nati ſumus: ſed ortus noſtri partem patria: partem amici ſibi uendicant: Quot putas reperiri poſſe qui mallent ſe morbo uel grauiſſimo tunc detentos fuiſſe: cum aliquando illa Bononiæ negocia tractauerunt: aut cum illis amicis fauerũt:unde poſtmodũ ſeditiones exortæ: tumultus excitati:manus conſertæ ſunt:ac excidia & incendia ſubſecuta:

Cum Lucius Catilina cuius ípiũ ac ímané conatũ Cicero ſua prudentia repreſſit ciuili bello ſuperatus & accepto lœtali uulnere corruens terrã momordit:maluiſſet tum cũ eam cõiurationé adortus eſt:podagra laboraſſe: duo fratres ex gracchorũ familia uiri ſeditioſi:Caius & Tiberius cũ ſe inſidiis circũuẽtos & ab armatis ciuibus oppreſſos uidere: cupiiſſent ſe tunc cũ de lege agraria facere ad populũ uerba cœperunt Chiragræ doloribus infeſtatos. Iulius Cæſar: qui tantã eſt auſus tyrannidé cũ in ſenatu ſe a coniuratis peti cõſpexit & confodi:ꝓoptaſſet ſe tunc qñ cum copiis rubiconé traiecit:grauiſſima febre correptum ægrotaſſe. Egritudines igiť & ſi a quibuſdã uirtutũ officiis tardant:ab ínumeris tamẽ quæ facturi incurſuriue fueramus delictis ꝑiculiſq; nos liberãt: Poſſem in patria tua multa reperire quæ dictis meis aſtipulenť:ſed parco.nam ea & non fuiſſe: & poſtq̃ facta ſunt ex memoria hoĩum receſſiſſe deſidero :Nõnunq̃ igiť unius uiri infirmitas totius familiæ:totius Ciuitatis:totius ẽt ꝓuintiæ ẽ ſanitas. E contra unius ſanitas eſt multorũ & pene infinitorum ægritudo:Et in hoc dei bonitas ſimul & prouidentia maxime cernitur:ꝙ noſtris incõmodis uoluit cõmodũ aliqđ admiſcere:ut unius amaritudiné dulcedo tẽparet alterius. Ita ſit ut ex his noſtræ uitæ miſeriis & ærumnis ſi bñ uti ſciuerimus fælicitatem poſſimus exprimere.

Quod ex aduerſitatibus naſcať iucunditas ſpiritualis. cap.xli

t Ranſeamus ad ſpiritualia tempe Pauli apľi: hoc eſt ad ſpirituales fructus aiæ beneualentis palato dulciſſimos. ſed gradiamur ea uia

quã ipſe monſtrauit.ne nouã adorti fortaſſe fallamur.ſed quo melius percipere poſſis:prius ſniam unam platonicorum euoluam:aiunt.n.Platonici duplicem eſſe uirtutẽ:unã purgatoriã animi:alteram uero animi purgati: prima cum uiciis adhuc pugnat:altera domito iam uiciorum exercitu cõpoſitiſq; regni ſui rebus pacifice ſine ulla rebellione gubernat: prima armatur ut appetitũ ſubiiciat rationi & ut peſſimũ hoc quod intra nos inter rõnem & appetitũ geritur bellum:excludat:peſſimũ inquã bellum.nam externa bella mala qdem ſunt.Ciuilia peiora. domeſtica peſſima: quæ uero intra nos geruntur inteſtina tanto ſunt peiora quanto animæ q̃ corporis eſt peior interitus:Virtus purgatoria graditur p ſpineta:p loca arida inuia & inaquoſa per caua uallium:p ardua mõtium:eo.ſ.itinere:qđ ut Prodicus inqt Herculi uirtus oſtẽdit ad gloriã:Finxit.n.Prodicus Herculi adoleſcenti uoluptatẽ & uirtutẽ in muliebri ſpecie apparuiſſe: & eũ certatim ſtuduiſſe ad ſeſe allicere illã pollicitãdo delicias & gẽus omne libidinis:cuius tñ finis futurus eſſet uitupiũ:dedecus:& ignominia : hãc uero offerendo primũ qdem difficilia ardua:aſpera:mox aũt laudem:honorem ac ĩmortalitatem. prima illa ſeuera præludia:uirtutis purgatoriæ ſunt rudimenta: & eius qui ad uerã gloriã niti uelit:tyrocinia prima: quæ uero ſequũtur dulcia & amæna:fructus ſunt animi iam purgati. Prodico Pythagoras concordauit græcam uocalem.y.a Palamede uel Simonide inuentam: nam de autore dubitatur: Interpretans.ſiniſtrum Ramum quia in imo latior:in ſummo anguſtior:ubiq; planior:& aſcenſu facilior: uiciis dedit.Siniſtrum uero uirtuti: quia longus & arduus de radi

ce primum ſurgit anguſtus: aſcendendo expanditur: & inſtar palmæ tanto ſpiſſior q̃to ſublimior in latam planiciem cacumen extendit. Prima pars rami dextri eſt purgatoria: & ſummitas illa plana purgati animi uirtus eſt: typum gerẽs Chriſti: qui dixit: Venite ad me omnes qui laboratis & feſſi eſtis: & ego reficiã uos: uicta difficultate præambula. i. perturbationibus ſedatis: tum demum cum ratione regnat uirtus: Tunc ex uirtute quaſi ex uite bene repaſtinata: & arbuſto ſuo alligata prodeunt hi fructus: q̃bus mens ipſa nutritur & uiget: apes imitata quæ eodem melle quod procreant uiuunt. anima eſt tellus. arbuſtum appetitus. uitis eſt uirtus: Quæ de uirtute diximus ad ea quæ uidentur oculis maioris intelligentiæ gratia reducamus: Vt duplicem uirtutẽ diximus: ſic duplex quoq; Triticum dicamus. Laſſitudinis unum: refectionis alterum: ut dialecticorum more utamur uno ut pluribus: in quod multipliciter fertur intellectus: primum ergo triticum eſt dum aratur: & ſeritur: runcatur & metitur. uapulat & molitur: alterum eſt dum manducatur: Hoc igitur quod palato iucundum eſt: quod uoluptatem affert & nutrimentum: tantis laboribus eſt partum. tot pruinis canduit. riguit tot niuibus: maduit tot pluuiis: aruit tot ſolibus. expauit tot grandines: & tandem poſt tot iniurias ſucciſum & cum multo ſudore perlatum in aream: uerberibus tunditur: iactatur ad uentum. fertur ad catyllum. & cribro polinario excuſum globatur in maſſam: fermento corrumpitur: pugnis ſubigitur. Ad ultimum quaſi iam quodã martyrio conſumandum redigitur in trochiſcos: & in fruſta

diuiſum torretur in clibano:Sic profecto uirtus quæ ma gna futura eſt:in difficultate plātatur: radicat in dolore : germinat in ærumnis.ſudore rigatur.Curis ſtercoratur.fir matur anguſtiis.floret in laboribus:frondet in negociis : fœtat in aduerſis:cum ergo uirtus ſumpſit incrementum : & gratiæ ſole incaleſcente coaluit: incipit fructus afferre mirificos:Tunc omnes ſicut nos amamus:alienis gaude- mus bonis æque ac propriis:intus ac foris nobiſcum & cum aliis pacifici ſumus: Tunc animi noſtri compotes ac reges incommoda omnia æquanimiter ferimus. In fidei & modeſtiæ:pietatis & ſapientiæ:caſtitatis & iuſtitiæ ſtu diis exultamus:Virtutum ergo fructus: ipſarum uirtutum eſt uſus: cum per morem & habitum factus eſt operanti leuis & dulcis: Vides quo pacto tandem ex ſpinis uuas colligimus:tum ſcilicet cum gregem affectuum diſpeſcen tes ſtudioſe curamus ſeminatas ĩ nobis a natura uirtutes. hoc eſt ergo ut reſpondere propoſito incipiamus:quod in ſecunda ad Corinthios epiſtola Paulus dicit : Sed or dinem uerborum ſolerter attende:In omnibus inquit ex- hibeamus nos ſicut dei miniſtros : in multa patientia : in tribulationibus:in neceſſitatibus: in anguſtiis:in plagis in carceribus:in ſeditionibus:in laboribus:uigiliis: in ieiuni is.hucuſq; per patientiæ ſpineta gradiendo: uirtus purga toria laborauit:& Ariſtæus ut mel inueniret:cum Proteo depugnauit.quæ mox ſubinfert : ſunt mel quod quæri tur: ſunt quas uitis in terra paſtinata hoc eſt uirtus in mente purgata fruges emerito reddit agricolæ : Se quitur enim ſic eodem loco . in caſtitate : in ſcientia

in lõganimitate:in ſuauitate:in ſpiritu ſancto:in charitate non ficta:in uerbo ueritatis:in uirtute dei:Notandum át qp per uirtutes non hitus ocioſos: & ſine operibus mortuos qui arbori infœcundæ ſunt ſimiles: ſed iugi exercitatione fructiferos cõmendat Apſus : & in euangelio dixit xps:ignē ueni mittere i terrá:& qd uolo niſi ut ardeat?

Quod debuit eſſe naturarum uarietas ad oſtendendam dei ſapientiam. Cap.xliii:

m Emini me libro ſecundo capite quarto cum de cõplexionibus ageremus: Citaſſe Plotinum dicentē ad decorē uniuerſi non parum facere:imo & neceſſariá eſſe rerũ uarietatē. placet ſuaſioni huic ratiunculá addere patientiæ pfectui ſatis accõmodatá. Sumit aũt hæc ratio ab oſtendenda arte ſumi opificis:& eſt huiuſmodi:ſi pictor unicolorem faciat parietem:q̃q̃ color is ſit & ptio cariſſimus : & ſpecie amenıſſimus ut purpuriſſum:putares ne tu id eſſe conſumari opus artificis. Non putaret hoc Apelles nõ zeuſis: nõ Parrhaſius.putaret fortaſſe Cleophantus & aliqs eorum pictorũ:qui arte nõdũ pfecta monochromata pinxerunt:At qui exactiſſime artē adepti uolunt abſolutiſſime pingere:& penicillo naturá æmulari:ut Protogenes : qui in ducendis lineis cum Apelle certauit : non colorem unum tm̃ adhibēt:ſed minio:armenio:Cinabari: Chryſocolla:indico:Sádaraca purpura:cocco:Sinopide : hyacintho:Balauſto: & aliis id gēus q̃ſdá arbitratu ſuo figuras faciēt:& quaſdá ueras certá rē exprimentes : quas Iconas uocát exarantes:ibunt in infinitá rerũ uarietatem: Pictor

q̃a res ipsas creare non pōt rerum imagines facit: id est ar tis summū bn̄ficium nihil expectes ab ea p̄stantius: sed de us qui non imaginum sed rerum est artifex: suam aliquan do uolens monstrare peritiam: uenit ad officinā: & in se cōtemplatus naturarum imagines: quas ideas: & paradig mata græci uocant: aīum extendit ad operandum. Sunt āt in eius mente: nō quarundā paucarum: immo cunctarum imagines rerum: & faciundorum opum uiua exēplaria: Ic circo Platonici dicunt creationē ac p̄ductionē nihil aliud esse q̃ assimilationem. Deus. n. & ministri eius Angeli Cœ lorum motores ad ideas respiciētes cuncta p̄ducunt: Vñ & Mosi dictum est: inspice & fac secundum exēplar: qđ tibi in monte monstratum est: Nec tibi nouum uideatur qđ audies: Quot in mente diuina sunt Ideæ: tot nec plu res possūt gigni a deo naturæ: finge. n. plures gigni: seque tur eas factas quasi ab ignorante. faber nāq; qui clauum excudit cuius in mente spēm non habuit: certe quasi dor miens & ignorans fecit: at idea est spēs & rō mentalis: rei faciundæ naturam ostendēs: An uero res creatæ tot nume ro sint quot Ideæ: scire quis possit nisi ipse qui fecit. Nō decuit igitur unum effectum fluere ab artifice cuius opus immensæ signum est sapientiæ: Et ne uideatur idem sæpi us repetitum fecit naturas instar numerorum: immo instar idearum hoc est inæquales. oportuit ergo quasdam esse minores: quæ maioribus collatæ quandam humilitatem præ se ferrent, & sic ex pluribus naturarum gradibus scala cōsurgit: per quam intellectus in eum ascendit: supponēs enim ea esse numero finita quæ ordinem habeāt ab essen tia: naturam quandam primam & præcellentem reperit: a qua tanq̃ a pelago perfectionis: fluant in alias riui bonita



tis:& hoc eſt quod Iacobus Apl'us dixit. Omne datũ optimum: & oẽ donum pfectum de ſurſum eſt: deſcendens a patre luminũ: apud quẽ non eſt tranſmutatio: neq; uiciſſitudinis obumbratio: hoc eſt de quo Ariſtoteles inquit eſſe aial æternũ a quo deriuatur eſſe & uiuere: his clarius his obſcurius. huius imago uiſibilis eſt ipſe mundus. ſi.n. ſeruata ſubſtantia mundo q̃titatem abſtuleris: remanebit quædã rerum ſine magnitudine imenſa cõgeries: cuius magnitudo erit bonitas inſerta ſubſtãtiæ: Ad oſtendẽdã igit̃ ſapientiã tanti artificis factus eſt mundus: & in mũdo oĩa & inter oĩa nos hoĩes loco ſatis digno cõſtituti: hoc eſt in angulo hemiſphæriorũ ubi duo parietes diuerſi tpaliũ ſ. & æternorum miro artificio coniungunt̃: de iſta Creaturarum multiplicitate Paulus ad corinthios ſcribit dicens. non oĩs caro eadẽ caro: ſed alia hoĩum: alia pecorum: alia uolucrum: alia piſciũ. & corpora cœleſtia: & corpora terreſtria. ſed alia qdẽ Cœleſtium gloria: alia terreſtrium: alia claritas ſolis: alia claritas Lunæ: alia claritas ſtellarum: ſtella.n.a ſtella differt in claritate. & quæ eſt in naturis eadẽ eſt in donis repetita diuerſitas: In Abel namq; claruit Iuſtitia: Pietas in Enoe: In Noe longanimitas: Religio in Melchiſedec: Fides in Abrahã: in Iacob fœcũditas: in Ioſeph pudicicia: in Sanſon fortitudo: in Dauid prophetia: in Salomone ſapientia: in Abſalone forma: in Petro credulitas: in Paulo Conſtantia: in Ioanne ſcientia: & ut in prædicta epiſtola Paulus inquit: diuiſiones uero gratiarũ ſunt. idem autem ſpiritus & diuiſiones miniſtrationum ſunt. idem autem dominus. & diuiſiones operationum ſunt. idem autem deus qui operatur oĩa in oĩbus. & paulo infra hæc autem oĩa operatur unus atq; idem ſpiritus: diui-

dens ſingulis prout uult: In hoc ultimo uerbo obſtruitur os noſtræ temeritati. quod.n. nobis conſtat deum uelle perſuaſi id non poſſe niſi bonum eſſe: debemus humiliter & reuerenter ferre.

Quod mundus eſt quoddã ſpectaculum nobis a deo exhibitum quo inuitamur ad patienter ferendum omnes aduerſitates. Cap.xliii.

Apientia ergo diuina tot rerum exhibitura ſpectaculum quaſdã naturas condidit quæ ſpectarẽtur tantum: ut inanimata: quædam etiã aĩata ratione carẽtia Quædã ut & ſpectarentur atq; ſpectarent ut homines & Angelos: qui mũdum hũc quaſi quoddam theatrum mirabilium rerum refertiſſimum uidentes: dum opera admirantur: opificem prædicant. quorum unus erat qui dicebat. Cœli enarrant gloriam dei & opera manuum eius enunciat firmamentum: Item Cõſideraui opera tua & expaui: Itẽ delectaſti me domine in factura tua: & in operibus manuũ tuarum exultabo: Eat nunc & pro re mirabili oñdat Callicratides ex ebore formicas & alia tam pua aĩalia ut ptes eorũ uix oculis cerni poſſint: afferat Myrmecides quadrigã eburneã quã muſca alis ĩtegat: recitet Cicero ꝑ miraculo Iliada Homeri ſcriptã in mẽbranis tã paruo uolumĩe ut nuce includeretur: Fecerit Ariſtides Thebanus pictor tabulã ꝗ centũ talentis licitatus eſt Attalus. emerit Timomachi duas tabulas octoginta talẽtis Cæſar dictator. Cnidiã uenerẽ tota græcia ĩclytã Praxiteles fecerit. Demetrius expugnator Rhodo pepcerit ne ꝓtogenis tabulã cõcremaret: Iouẽ olympium Phidias: capitolinum: & epheſiam Dianam Mentor exculpſerit: hæc homines olim mirabantur

& ad quinquennale græciæ certamen afferebant celebrita tem famæ & imortalitatem nois aucupantes. At deus hoc totú quod cernis qđ ét non cernis: fabrefecit. oculos de dit ut uideas. mẽtem ut cognoſcas qua laude quo hono re dignus eſt opifex: pars prima tanti ſpectaculi ſunt iſta mortalia corporea terrena: ſi hæc bene ſpectaueris: & opi ficem ſpectando pia mẽ te colueris: oculis tuis æterna ſub iiciet: quæ cum tanta animi uoluptate ſpectabis: ut ab eis diuelli nunq̃ poſſis. ſi uero hanc primá partem ſtulte & in fantiliter ſpectaueris: táq̃ indignus qui imortalia uideas: excluderis: propterea ſcriptum eſt de uirginibus fatuis: q̄ dum irent oleum emere: clauſa eſt ianua: & clamantibus Dñe Dñe aperi nobis: reſponſum eſt. Amen dico uobis neſcio uos. excluſæ ſunt quia ſe ac alia male ſpectauerant: nec in ſe & aliis deum cognouerant: Vade ergo & gaude te in ſortem miniſterii huius aſcitum a deo. & fer æquo animo uitæ moleſtias: ut tranſire poſſis ad diuinarum re rum cœleſte ſpectaculum.

Comparatione rerum inæqualiũ probat meliorem eſſe uitam ſanctam cum aduerſis: q̃ uitam felicem cum uiciis: Cap. xliiii.

a Liud eſt qđ ideo tecum uolo percurrere ut ad diuinam ſapientiam magis intentus eius te bonitati credas ſecurius. Empedocles au tor eſt licet id ſibi uſurpet Ariſtoteles quat tuor eſſe mortalium rerum ſemina primitiua: quæ nuncu pamus elementa. Ignem. Aerem: Aquam & Terram: Hæc ita cõtraria ſunt: ut ét cõueniant. ſic colligata ſunt: ut annu li quattuor inuicem ſe cóplexi. Ignis qđ defecatiſſimũ eſt

elementum:per ſiccitatem terræ cõnexus.eſt.per frigidita-
tem:terra aquæ.per humiditatem:Aqua aeri.per calidita-
tem Aer igni:Quattuor iſtæ primæ qualitates Caliditas:
frigiditas:humiditas:ſiccitas ita cõiugatæ ſunt in elemen-
tis:ut qualibet earum bis repetita cõbinationes quattuor
reddãt:Quod ſi quæras quæ cõbinationum iſtarum præ
ſtantior:reſpondebo:uideri eam quæ in nobiliſſimo ele-
mẽto ſit poſita:hoc eſt ſiccitas & caliditas quæ eſt ĩ igne
Si uero utra iſtarum qualitatũ ſit nobilior quæras:nõ erit
abſurdum caliditati dare principatum:ꝙ eam primum ele
mentum & ſi cõmunicat:neq;.n.propriam habet:non niſi
tamen aeri ſecundo ſibi in dignitate cõmunicat.ſiccitatem
uero & terra participat.Videtur.n.iure nobilius id:quod
in ſecũdum: ꝗ id quod in quartum a primo diffunditur.
nam meliora melioribus natura coniungit:Vides igitur ut
hæc miro modo ſibi cohæreant: & incomparabili artifi-
cio colligentur. hoc quidem uiderunt philoſophi:at aliã
rerum couiugationem non uiderunt:quã uolo (ſi placet)
paucis explicemus: Quattuor in uniuerſo genera ſunt ui
tæ.Mundana:infernalis:purgatoria:cœleſtis:hoc eſt mun
dana ad cæleſtem:quod terra ad ignem. Sicut.n.terræ ſic-
citatem & frigiditatem damus:ſic mundanæ uitæ atttibui
mus:pro frigiditate immundiciam: pro ſiccitate lætiiam:
Qui.n.ſecundum mundi ritum uitam ducunt.hi ſunt : de
quibus dicitur tenent tympanum & citharam : ducunt in
bonis dies ſuos: & in puncto ad inferna deſcendunt : in
quibus rebus uir ſapiens cum Immundicia lætitiam exp-
ſſit.non.n.ad inferna deſcendere dici poſſent : niſi eſſent
uiciis inuoluti.Cœleſti uitæ damus cum ſanctitate læticiã:
in purgatoriam uero quæ eſt uitæ cæleſti qđ eſt aer igni

ſanctitatẽ a cæleſti deriuamus:eamq; triſticiæ copulamus: q̄ triſtari oporteat: qui torquent̃: infernali aũt quæ oĩo a cæleſti ſicut aqua ab igni diuerſa eſt:attributa eſt imun- dicies cõiuncta triſticiæ:Sunt igit̃ tot qualitatũ combina tiones in quattuor his uitis quot & in elementis. Verum illæ corporeæ:iſtæ ſpũales. quæ ſunt: ſanctitas & lætícia. ſanctitas & triſticia:imundicia triſticia: lætícia imundicia: Sed reſtat dubitationi reſpondere. Videor.n.infernalẽ ui tam mundanæ p̄ponere:cũ illam aquæ confero:& iſtã ter ræ.dicimus hoc ideo nos feciſſe q̄ ſicut aqua eſt tellure ſubtilior ac ĩmaterialior: ſic & infernalis uita iam terrenis defuncta corporibus quatenus defecatior:eatenus uideri poſſit eſſe p̄ſtantior.q̄ ſi contendas meliorem oĩno eſſe mundanã uitã:reſpondebo & terrã in multis aquæ præfe rẽdam.Sed age hæc p̄termittamus.ſequamur ea quæ plus hñt euidentiæ:& minus audaciæ:plus utilitatis: & minus ambitionis. Mundana ergo uita cũ cæleſti cõmunem hẽt læticiã. At infernalis aquæ cõparata cum cæleſti hẽt ſicut cum igne aqua:nullũ cõmerciũ.eſt.n.triſtis & ſordida: At cæleſtis læta & ſancta.Purgatoria uero aeri collata : quia ſancta eſt & triſtis:ĩfernali aſſimilata eſt in triſticia: in ſan ctitate cæleſti:ſi ergo q̄s quærat:quæ iſtarũ cõbinationum ſit potior:nõne reſpõdebit̃ cũ ſanctitate p̄ſtare læticiam? Quid.n.his melius excogitari põt? Si uero quærat̃ quæ duarũ qualitatũ ſanctitatis.ſ.& læticiæ p̄ferenda ſit: reſpõ debimus eadẽ rõne p̄ponendã eſſe læticiæ ſanctitatẽ:qua ſiccitati caliditatẽ pauloante p̄tulimus: q̄ uidelicet ſancti tas eſt id in quo ſcd'm primo:p̄ſtabilius optimo cõiũga- tur. Nã purgatoria quæ p̄cellit mundanã:cæleſti in ſancti

tate cõiuucta eſt: Quorſum hæc putas altius repetita? Nẽ pe ut ex rebus naturalibus oñderem longe p̃ſtantius eſſe cum ſanctitate triſtari more illorũ qui degunt in purgato rio: q̃ inter ſordes & inopiã more ſuũ exultare: quorũ ui ta eſt in cœno uolutari: Aegrotãtiũ uero uita ut eſt oĩum ſanctorũ cõmune iudiciũ: ſi bene: (ut debent) ægritudines ferant: nõ mundana uita eſt: ſed purgatoria: ſi purgatione indigent: ſin aũt non egent: in ægrotante tutela eſt uirtu tum: p̃ximo ad ſanctitatẽ hortamentum: utriq; meritorũ augmentum: Vide iam ubi ſis. eo. n. ratiocinando dedu ctus es. ut tibi neceſſario fatendum ſit longe melius eſſe: pœnas ferre cum ſanctitate: q̃ in uitæ turpitudine lætari: Sed pauliſper ad elemẽtorum ſpeculationem redeamus: Ignis ſuperne ubi Cœlo iungitur: eſt defecatior: ubi ae rem circuit: in aerem degenerat: aer ubi ignem contin git: eſt rarior: Clarior: ubi aquæ committitur: denſi or: obſcurior. nebulis enim & uaporibus affectus imbĩ bit alienæ naturæ contagium: Aqua ubi terræ uicina eſt: terreſtrior eſt: ubi magis diſtat: purgatior limpidior: terra quæ aquis abluitur mundior: ut harena: quæ terra eſt diluta. Inferiora igitur ea parte qua ſuperiora contin gunt: meliora ſunt: Purgatorii ergo uita quæ ſecundo gradu eſt a cæleſti: ea parte qua cæleſti appropinquat: eſt melior. appropiat autem per ſanctitatem: q̃ ſi tantum conari & proficere poſſes: ut haberes cum ſanctitate læti tiam: more Apoſtolorum: de quibus ſcriptum eſt: Ibant Apoſtoli gaudentes a conſpectu concilii: quoniam dignĩ habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati: iam purgatoria uita tranſiret in cæleſtem. eſſetq; homo non

terrenus:ſed cæleſtis.cum Apoſtolo iam non tu uiueres: ſed uiueret in te Chriſtus: Laborandum igitur quoad fie ri poteſt: ut in hoc uitæ breuis purgatorio uiuere ſanƈte iucundeq; ualeas.qꝑ ſi faceres:iam beatitudini uicinus cæ leſtem in terris uitam inciperes & ſicut aer igni contiguus parum ab ignis natura ſeiungitur: Sic homo patiens & gaudens uidetur in angelorum tranſiſſe conſortium: hinc Paulus dicebat:noſtra autem conuerſatio eſt in cœlo: & alios exhortatur clamans:Quæ ſurſum ſunt quærite:non quæ ſuper terram:quæ ſurſum ſunt ſapite:& in pſalmo di citur:cor meũ & caro mea exultauerunt in deum uiuũ.

Quod tolerantia aduerſitatum facit breuiorem trã ſitum ad paradiſum. Cap.xlv.

Vdi (precor) & aliquid inſipientiæ meæ ſuſtine:Si dicat tibi Deus: ubi triginta annos in hac uita: & totidẽ poſt mortem in purgatorio egeris.protinus in cælum admitteris. Dic ſodes:ſi cæli gaudia reƈte æſtimaueris:nonne longe magis eſſet uotis expetendum:ut purgatorii tempus cum uitæ ſpacio quæ non niſi breuis eſſe poteſt: ſimul excurreret? & utrumq; uita ſcilicet & purgatio una eadéq; periodo finem acciperet:quo cœli mox conſors fieres: quã poſt uitam quæ non niſi laborioſa & ærumnoſa eſſe poteſt:maioribus iterum cruciatibus deſtinari? & a cœli deſiderio tam diu fraudari:uia ad bonum q̃to compendioſior:tanto optabilior: quia melior: Habes igitur præcipua dei liberalitate Munus hoc magnum & ſingulare:

quod multis precibus impetrandum: quod magno esset præcio cœmendum: quia uidelicet si æquo animo fers: uiuis simul & purgaris: Vtere igitur tanto dei beneficio. nec sinas occasionem hanc tantam euolare: ferunt enim fortunã duas habere comites: occasionem. & pœnitentiam: & cum ad quenq̃ uenerit: offerre primum occasionem. eam cum oblata est: non arripienti relinquere pœnitentiam: quam græci dicunt μετανοιαν. Quo datur intelligi occasionem semper esse uel quærẽdam uel expectandam: & qui inuentam uel repertam neglexerit: solitum pœnitere: Patrandi ergo tam præclari ac salutaris negocii opportunitatem amplexare: & quia eam tibi obtulerit: Deo gratias age. Nam si sic egeris: ista corporis tui terra: quasi opportunos imbres accipiens & coloni uersata ligonibus quo magis uexabitur tãto uberiores afferet fructus: & tandem disces non illusum te a domino. Sed ad petram hoc est ad Christum: ut sordes excuterẽtur: allisum: & mox ut uiuere hic desieris: sine ullo moræ interstitio in Cœlo renasceris: & simul erit & purgatorio & uitæ satisfactum.

Venerandi Fratris Baptistæ Mantuani Carmelitæ Theologi Isagoges ad patientiam Liber Tertius:

Quattuor uirtutes plurimum ualere ad tolerãtiam. Caput primum.

c

T qm̃ hoiem natura fragilem tot mor-
bis expositum:tot malis obiectũ diffi-
cile est non frangi:uel non inflecti: ne-
cessariũ arbitror te admonere:ut quat-
tuor præcipue uirtutibus munire te stu
deas.quarũ p̃sidio uim oẽm flagellorũ facilius feras: Hæ
sunt quas primo libro pollicebamur:Fides:Spes:perseue
rantia:& longanimitas:Istæ nãq; quasi fulcra quædam:co-
lumnæq; firmissimæ patientiæ sustinent ædificiũ:Et q̃q̃ su
pra dixerimus cataphrattũ esse oportere: q uelit cum dia
bolo pugnare:tñ & plerisq; suffecit ad uictoriam leuis ar
matura : Pittacus mitylenæus unus ex septẽ sapiẽtibus cũ
de agri cuiusdã possessione inter Athenienses & mityle-
næos armis certaret:ipse cum Phrinone Atheniensiũ du
ce:qui Pancratiastes & olympionices fuerat:singulari cer-
tamine pugnare instituit.rete igit Clypeo tegẽs Phrino-
nem inuoluit:& eũ interemit:Dauid adhuc adolescentu-
lus stetit contra gigãtẽ loricatũ ocreatum:galeatũ: clypea
tum. & hastile hastæ eius erat quasi liciatorium texẽtium
ip̃m ãt ferrũ hastæ eius sexcẽtos siclos hẽbat ferri. Dauid
baculo pastorali armatus & funda gigantẽ nõ expauit:&
uicit:Dic ergo & tu diabolo:qd' & Dauid dixit Allophy
lo : Tu uenis ad me cũ gladio & hasta & Clypeo.ego ãt
uenio ad te in nomine Domini exercituum:dei agminum
Israel.Prædictæ igitur uirtutes tanto tibi usui erunt:ut cæ
teras si habes tibi custodiant:Si non habes:ad te alliciãt.
Omnes enim uirtutes sic mutuo se amant ut ubi paucas
tute habitare conspexerint: aliæ confluant. & sic contin-
get ut breui ex ferentario fias Cataphrattus:sed uenio ad
uirtutes dicturus pauca de naturis earum : ut earum in te

crescente noticia: crescat & amicicia: crescat & contra uicia in corde tuo bellandi fiducia.

De Fidei fundamento & natura: Cap.ii.

d

Vplicem fidẽ dicimus Actiuã: & passiuam: passiua est: quæ est in creditore: Actiua quæ in debitore. Vnde & deus fidelis appellat̃: Paulus.n. in calce primæ epl'æ ad Thessalonicẽses inqt. fidelis est deus: q uocauit uos. q etiam faciet. & ideo hæc ea est quæ: ꝗ fiat dictũ: fides est dicta. iuxta illud Nasonis. dicta fides sequitur: & hæc nil est aliud: q̃ promissi redditio. passiua uero promissi expectatio: passiua itẽ duplex. ĩfusa & acquisita. Verum hi magis possunt diuersi hẽndæ fidei modi: q̃ diuersi habitus iudicari: Fides passiua siue acquisita siue infusa est habitus intellectus quo credendis non apparentibus reuelantis autoritate permoti: propter ultimum finem quæ est beatitudo: firmiter atq; constanter adhæremus. hæc tribus acquiritur: prædicatione: miraculis: & inspiratione: quæ sola defectum supplet aliorum. alia uero sine hac quasi membra sine spiritu moribunda languescunt. ipsa fides est lux uera: quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Et hæc est lux quæ lucet in tenebris: & quam tenebræ non compræhenderunt. Licet.n. gentiles qui tenebrarũ noĩe designant̃: eã conati sint eradicare: ipsa tñ q̃si sol q nescit occasũ: nebulas errorũ: tonitrua minarũ: ꝓcellas odiorũ: fulmina irarum: & qcq̃d excogitauit ingeniosa

crudelitas Tyrānorū lucis suæ claritate discussit: Nec te moueat ꝙ gentiles q tanta rerū scia claruerūt: tenebras appellemus, nā philosophiæ mundanæ claritas sine fidei cōdimēto: lumē est illđ de quo dicit̃ in euāgelio: Vide ergo ne lumē qđ in te est: tenebræ sint. Pythagoricū: Socraticū Platonicū. Aristotelicū: & cynicū dogma est lumē: qđ qui adeptus est dicit. hoc scio: ꝙ nihil scio. Sic. n. solitū dicere Socratē accepimus: postq̄ consumpta in inqsitione ueritatis ætate: responso Apollinis iudicatus est sapiēs & cū uenisset iā in tantā apud hoies opinionē. ut appellaretur sapientiæ humanæ terrestre oraculū. at Xp̄i uerbū obbreuiatū qđ unius horæ spacio disci pōt: nobis ostēdit qđ philosophi frustra laborātes toto uitæ spacio quæsierūt: Et ideo psonā phōrum tenuisse uident̃ xp̄i discipuli cū dixerunt. p̄ceptor p totā noctē laborantes nihil cœpimus. in uerbo aūt tuo laxabo rete. qbus uerbis duo innuunt̃: & fuisse phōs in nocte uersatos. & eorū laborē esse uanitatem qui sine deo quærunt ueritatē. Erant certe illi similes his (Alchinistæ uulgo nuncupant̃) qui auariciæ cupiditate delusi uolunt ex aere aurū elicere: Sicut ergo isti fallacibus expimentis circumacti dū quærunt diuitias: incurrunt inopiā: Sic illi uana curiositate delusi: ubi diem putant: noctē inueniunt: ꝑpter qđ dictū est a propheta. Credidi pp qđ loquutus sum. ac si diceret: laborātibus aliis circa scias & naturæ occulta scire conantibus: ego melius existimaui credere diuinæ traditioni: & ideo dicit: credidi: & qa credidit loquutus est: & qd sit loquutus, subinfert dicēs. oīs hō mendax: ac si diceret: oēs q suo ingenio ad ueræ sapiētiæ lumē aspirarunt: mēdaces fuerunt: & ut xp̄s inqt fures & latrones. qa aīas ad uerā sapientiā annitentes suis nuga

mentis captare cōtēdunt:& quaſi abigei a dn̄o greges: & a uero paſtore pecus abducunt.

Quod fides ꝑ aureū Virgilii ramū figurat᷑: & quædā de natura ꝓphetiæ enarrata. Cap.iii

Fides eſt ille aureus Maronis noſtri Ramus q̄ ad elyſiū ꝑgētibus eſt neceſſarius. uidebat.n. uir ille ſeu ſuopte ingenio : ſeu diuina magis inſpiratione:quā ενθουσιασμον græci uocant : ſicut & aduentū xp̄i ante ꝓuiderat:eſſe quoddā ſapientiæ gēus ſine quo futuræ uitæ non ualeat hoī claritas apparere. & eā ramū aureū recte nūcupauit.eſt.n.fides Ramus hoc eſt quædā delibatio diuinæ ſapiētiæ.& aureus q̄dē: q̄a & ꝑcioſiſſima & īmarceſibilis ut auri ſubſtātia.& recte ēt ī magno nemore dixit inueniri: q̄a inter uarios & multiplices humanæ ſapiētiæ modos inter.ſ.philoſophantiū ſectas: & traditiones hoīum diuerſas quaſi arbor in ampliſſimo nemore fidei ſapiētia deliteſcit.Quod Virgilius dicit.Ip̄e uolēs faciliſq; ſequet᷑: Si te fata uocant.aliter nō uiribus ullis uincere.nec duro poteris cōuellere ferro.Quid aliud eſt q̄ qđ dicit᷑ a xp̄o: Nemo p̄ot uenire ad me niſi pater meus traxerit illū: dei namq; uoluntas fatū dicit᷑. Et recte dicit᷑ id muneris ferri ſibi uelle ꝓſerpinā.ꝓſerpina.n.teſte Varrone eſt luna a ꝓſerpēdo dicta:nā ſole ſemꝑ eclipticā obſeruāte luna mō ad dextrā mō ad ſiniſtrā cœli ꝑtē ſerpit & oberrat.luna aūt in ſcripturis ſacris ſignat eccleſiam militātem.iuxta illud apocalypſis:mulier amicta ſole:& luna ſub pedibus eius. qđ exponēs Bernardus īq̄t.eccl̄ia.n. eſt luna illa ſub pedibus eius.Poteſt etiam & de luna qui

planeta est terræ ꝓpinqſſimus:id intelligi. ſicut nāq; eccle
ſia militans uult ad ſe uenientes eſſe fideles :ſic & eccleſia
triumphās nō niſi fideles admittit: & ueniētes uult ramū
ꝓſerpinæ hoc eſt fidē lunæ offerri. nā cum ipſa luna rerū
imortaliū ac æternarū ſit limen:fides quæ ænigma quaſi
lunæ maculā ꝑtendit:ibi recte relinqꝉ: ubi iā incipiunt ap
parere diuina. Quod uero æneas ferens ramum per loca
pœnarū Sibylla comitāte gradiatur:nil mirū.nā & filii ec-
cleſiæ dicunt.trāſiuimus ꝑ ignē & aquā & eduxiſti nos in
refrigeriū. Sibylla eſt ſapientia diuina uel angelorū cuſto
dia hōi attributa:qua nos ꝓtegente atq; gubernante fidē
inuenimus:inuentā ſeruamus : & ꝑ huius uitæ difficulta-
tes ac tenebras ambulātes tādē ad Elyſium hoc eſt in pa-
radiſū mutata in ſciam fide ꝑtrāſimus. ideoq; dicitur.pfe-
cto munere diuæ deuenere locos lætos:& amœna uireta.
ꝗ ſi obiicias credi non debere deū quæ futura erant hoi
pagāo reuelaſſe: Reſpōdeo malos æque ac bonos hoīes
facturā eſſe dei:dei inſtrumēta:dei miſtratores: & deo li-
berū eſſe eis ut ſuis uti:cū libuerit.Balaā uir culpabilis de
futuris añ lōge ꝑnūciat.Sibyllæ quas & Lactantius & Au
guſtinus ad aſtruēdā fidē citāt: mulieres ex media gētilita
te fuerūt.Caiphas uir ſceleſtiſſimus:ut in Euāgelio legīus
ꝓphetauit neſciēs ꝗd diceret.Ipa Balaā Aſina aīal natura
brutū ac indocile uoces hūanas edere ꝑdoceꝉ: Et deniq;
ut paucis expediā:ꝓphetiæ donū nō ad gratiā quæ gratū
facit:ſed ad eā quæ ſolū gratis dari diciꝉ: ex theologorū
autoritate referꝉ.gratitudinis āt uocabulū ſi late extēdaꝉ:
oēs ꝓculdubio creaturas icludit:oīa.n.diligit deus:& ni-
hil odio hēt eorū quæ creauit.ſed ex theologorū uſu eis
appropriaꝉ:ꝗ ad aliquē futuræ beatitudinis gradū accep

rantur:Et q̃admodum in magna domo:q̃uis oẽs patrifa-milias grati ſint:ſoli tñ liberi ſunt hæredes: ſic & in mun-do oẽs deo grati ſũt:nõ tñ oẽſ xp̃i cohæredeſ:ſed illi tm̃: in qbus eſt fides nõ ocioſa non extincta: ſed operatione accenſa:futuri ſunt.

Quod fides eſt principiũ ineundæ cum deo amiciciæ. Cap.iiii.

q uod Homo deo placere incipiat & ſi oĩum uirtutũ eſt officiũ:maxĩe eſt tñ fidei attribu tũ.ppea dicitur accedentẽ ad deũ oportet credere:& ſine fide impoſſibile eſt placere deo.Cuius rei rõnem hãc aſſignauerim.amat deus hoĩem tãq̃ ſibi ſimilẽ:Cæteris aĩantibus p̃fectum : & tanq̃ ſuũ in terra uicarium:ĩmo ut terrenũ quendã deum: cum quo ui detur partitus ĩperium:iuxta illud : Cœlũ cœli dño: terrã autẽ dedit filiis hoĩum.at qm̃ dei natura eſt bonitas:ſicut ſolis natura eſt claritas.quẽadmodũ ſol nunq̃ illuminare: ſic deus bñfacere nũq̃ ceſſat: cogitat ergo hoĩem ex terre no facere cœleſtẽ:& ppea quodã ĩter eos opus eſt cõmer cio:& arcana quadã admonitione ac diſciplina ſecretiore qua ueluti quodã cœleſti ſemine:iam pcepta: pedetentim incipiat tranſformari:& quaſi diuineſcere. Inſtituendum autem credere oportet inſtituẽti. diſciplinæ enim ſunt de occultis.& iſta præcipue: neq; enim eſt ex mathematicis : quas dicunt peripatetici primum certitudinis gradũ uſur-pare:diſcipliã hæc eſt de ignotis:de remotis nõ minus ab intellectu q̃ a ſenſu. qđ.n. remouet a Ianua remouetur a domo.at Ianua ĩtellectus eſt ſẽſus:qa teſte Ariſtoteles ni hil eſt ĩ ĩtellectu qn prius fuerit & in ſenſu.At in his quæ

latent sensum & intellectum:q̃a scia deficit opinio nõ sufficit:currendũ ad fidem:quæ ut hẽat captiuandus est intellectus:& uinculo quodã alligandus .qđ uocat docentis autoritas : hoc uinculo astrictus quasi capistro equus sub dei disciplina pseuerat: donec & spe & charitate uestitus oẽm accipiat pro cœlesti militia cõmeatũ:Exemplo Abrahæ probauit hoc Paulus.neq̃.n. Abraham ex legis obseruatione:aut ex circũcisione:quæ nõdum erant: sed ex sola fidei credulitate tantã iniuit cum deo amiciciã: ut eius elegerit de qua Xp̃s nasceret unam familiam : Vnde scriptum est. Credidit Abraham deo: & reputatum ei ad iusticiam: Ratio probabilis facit opinionem. Causarum cognitio scientiam.Dei autem autoritas fidem.

De fidei progenie spe & charitate. Cap.v.

f Ides duas peperit filias mortalem unam alteram immortalem. Spes mortalis est.Charitas immortalis. quæ sic ex fide oriuntur: ut ex uisu scientia. neq̃ enim sperari aut amari possunt quæ nesciuntur.Spes & charitas in amore consistunt. & ambæ sunt habitus rationalis appetitus.quæ uoluntas dicitur.ambæ circa idem intẽtæ eodem fere opere exercentur.amant enim ambæ & idẽ sed nõ eodẽ mõ psequunt. Spes p̃miũ respicit: Charitas bonitatẽ.Spes erat quæ diceba t.iclinaui cor meũ ad faciẽdas iustificationes tuas in æternũ pp retributionẽ:Charitas retributionẽ non respicit:amat liberal'r:& mercedis respectu nõ habito:& nihil solicita pro præmio bona cœlestia : quæ nec oculus uidit : nec auris audiuit:nec in cor

hoīs aſcenderunt:nec per ſcīam capi : nec per opinionem ſic perſuaderi ualent:ut ſperentur:cœlū.n. ſine fide qs ſperauerit?ueq; etiam ut diligantur.diligi aūt uoco quod nō ſolum aīo cōplectamur:ſed operatione:nō hētur opinio quoq; ꝓſequamur.qui ardens & efficax amor appellatᷣ : De credendis ergo ſcīa non hētur.opinio non ſufficit. fides quæ inter utráq; ſita eſt hēt.n. firmitatem cū ſcientia & obſcuritatē cū opinione cómunem. cū ſit in ænigmate Sufficit ad ea perſuadenda quæ ſperari debent & amari. Et q̃tenus firma eſt adhæſio ē eatenus īmortalis:quatēus uero obſcura eſt mortalis eſt.cum.n. facie ad faciem deū uidebimus oīs tolletur ꝑplexitas:oīs incertitudo:oīs obſcuritas.& reliquiæ fidei tranſeuntis in ſcientiā iſtæ ſupererunt:Non mirum ergo ſi ex matre quæ ex duplici conſtat natura duarū naturarum filiæ ꝓcreentur:mortalis·ſ.& immortalis:nā alr̄ fieri nec debuit forte nec potuit:oportet.n.ſimilem eſſe parentibus partum. & efficiens omne ſolicitum eſt ut ſibi quoad poteſt effectum aſſimilet: ſed qui fieri poteſt inquies:ut ex imperfecta matre nam mancum & imperfectum quod eſt fides : generetur charitas quæ matrem ac ſororem dignitate præcellat. ipſa namq; paulo atteſtante non occidit. At fides & ſpes uertentur in aliud.Spes in rem.fides in ſcientiam.Reſpondeo id ita fieri poſſe ſicut fieri poſſe perſpicuum: ut ex imperfecto ſeminis corpuſculo arborum ſurgat tanta proceritas : q̃ta eſt in quercu Acere & populo & id genus aliis arboribus.quercus. Acer.populus.uel ſi hoc non placet: ſicut fieri poteſt ut ex uiſu:qui eſt brutis communis & homini generetur prudentia ſine qua non conſiſtit humana ſocietas.

Quod potius dicenda est ſpes in charitatem tranſire: q̃ in rem. Cap.vi.

q Vod aũt diximus ſpem in rem tráſiturá: ſecũdũ alios qdé id dictum eſt.ego.n. rectius dici arbitror tráſiturá ſpem in charitaté: ná ſicut ſi a fide demas obſcuritaté ſcia remanebit:ſic ſi a ſpe poſſeſſionis tollas reſpectũ:Charitas reſultabit:& ſicut in elementis ſcd'm Ariſtotelem tráſmutatio eſt inter ea facilior quæ ſymbolũ.i.cóis qualitatis hñt cõiugium:ut inter ignem & aeré: qa una qualitatũ remanẽte non fit in tranſitu tanta mutatio: Sic & in harũ uirtutum metamorphoſi tanto eſt tranſfigurationis maior facilitas q̃to eſt earum ſtrictior affinitas:Sunt ét qui dicant ſuccedere ſpei tentioné:ſed ea tentio cũ non manuũ ſit ſed uoluntatis:nil aliud eſſe põt q̃ amor charitatis:Qui auté dicũt ſpei ré ſuccedere:per ré nihil aliud intelligere poſſunt q̃ rei diu & eatenus deſideratæ quatenus abſens fuit:nouam pñtiam:atq; tẽtioné:atq; ita ſcd'm & naturá & aliorũ opinioné conſtat ſpem tráſire in charitaté:Sciendũ aũt uirtutũ quaſdá eſſe qbus íperfectionis nil annectitur.Vt Sapientia.Prouidétia:Charitas.has ét deo tribuimus.quaſdam eſſe natura íperfectas.Vt Spes. Fides.& ipſa ad quá te adhortamur patiẽtia. & hæ qdé ſicut a dei natura ſunt alienæ ſic natæ hũanæ i hac mortalitate ſũt neceſſariæ.

De nominibus eorum q a fide deficiũt. Cap.vii.

q Vi ad fidei noſtræ lucé nunq̃ uenerunt latine infideles.ethnici.i.gentiles græce nuncupantur. εθνος .n.gentem ſignificat.Dicuntur & pagani hoc eſt ruſticani:q nõ ſpũ renati ſicut Chriſtiani:ſed in ea qua geniti ſunt ruſticitate ſemp pmáſerũt.

Machometistæ q Aphricā Aegyptū Arabiā & Syriā inha bitant stulticiā eorū indicāte uocabulo mori noiant.q.n. dicit μωρος a græcis:dicit Nabal ab hebræis:fatu9 a no bis. Nec putet qs eos dici moros ꝙ ex mauritania sint ul' uenerint.ut morus ꝑ maurus sicut plostrū ꝑ plaustrū ꝓ ferat. Machometus.n.arabs fuit:mauri āt ultimas Aphri cæ occidētalis oras e regione ad hispanos inhitant. No tabile certe:& a curiositate humana nō ꝑtereundū forsi tan & mysterio carere nō extimādū:ꝙ tres maximi legum latores & illustrissimi autores triū religionū quæ totū ter rarū orbē occuparūt:in tribus mūdi ꝑtibus sibi uicinis im mo cōfinibus atq; cōtinuis & in medio terræ hītabilis cō stitutis hoc est Assyria arabia & ægypto fuerint ꝓcreati. fuit.n.Christus assyrius. Machometus arabs. Moses ægyp tius. Sed hæc dissimulāda sūt ad pn̄s.neq;.n. suppetit nūc ocium nobis ad coniectādū. Qui de rebus fidei recte sen tiunt catholici uniuersales uocant. Nā fides nostra nō si cut lex uetus solis israelitis uni genti uel nationi sed gene raliter data est uniuersis.qui postq̄ fidē susceperunt de ne cessariis ad salutē partim recte partim praue sentiunt:hæ retici hoc est sectatores appellant:αιρεσις nāq; secta ap pellat q penitus a suscepta fide defecerint: Apostatæ.i.re belles uocant:nam αποστασισ rebellio interpretatur Et quēadmodū xp̄iani a xp̄o quā appellationē uiuētibus adhuc apl'is primū Antiochiæ factā narrat Lucas in actis apl'orū:sic & Iudæi a Iuda sunt uocati a quo descendit tri bus regia & iter duodecim magis honorata. dicti ēt sunt hebræi:& hæc cognominatio lōge uetustior profluxit ut aliq uolunt ab heber in cuius familia quando est lingua rū facta confusio in Babylone remansisse fertur lingua

primitiua:quæ ab eo dicta est hebræa.uel ut alii sentiunt ab Aheber quod interpretatᷣ trāsitus. Trāsiuit.n. Abrahā monitus a deo ex Mesopotamia ad cananeorum terram. quo cū peruenisset uocatus est hebræus hoc est trāsiens & aduenticius.& hoc fuisse uidetur omen & quoddā præsagium futurorum.hebræi.n. sæpenumero ut sacræ testātur historiæ de sedibus suis translati de gente in gentem transmigrarunt.& tandem eorum lex ut tale cognomen futurum innuebat:more suæ gentis instabilis & transitoria trāsiuit in nostram.plura autem de his subiicerem:nisi scirem te & Christianissimum:& sacræ scripturæ fieri indies magis studiosum:in ea.n. omnia quæ ad salutem & ad beatitudinem pertinent uidere facillimum.

De causis Fidei. Cap.viii.

[u]Ideamus ad tria quibus fidē fieri supra iam diximus:ea sunt sermo:miraculum: īspiratio. Per sermonem & miraculum sine inspiratione neminem ad.fidem uenisse cognouimus: per inspirationem & sermonem sine miraculis & cum miraculis credidere q̄ plurimi. Sermo quid credas explanat: Miraculum facit ut audiens aduertat. Sermoni etiam astipulatur & dicta confirmat:inspiratio uero assensum inclinat: Ergo fidei materia ut omne genus causarum attingā quarum in secundo libro de physico auditu meminit Aristoteles.Circa quam:sunt credenda.in qua est intellectus: Materia.n.triplex in qua circa quam.& ex qua.Sed de tertia nihil ad p̄ns:illa.n. Solorum est corporum. Forma inducenda ipsa est fides nam forma est fides materiæ dispo

ſitio ideo non neceſſaria:qa põt ab agẽte ſuppleri.Eſt mi raculũ.agens Deus.actio inſpiratio. aſſenſus introductio. finis beatitudo:Aſſenſus át duplex. & quo intellectus ue ro: & quo uolũtas bono aſſentitur:inſpiratio intellectui primũ ueritatẽ:mox uoluntati oſtendit bonitatem.ná utri uſq; ſpecies lucet in credendis. Primus aſſenſus eſt fidei ſecundus magis charitatis & ſpei.

De ui & natura miraculorum. Cap.ix:

t: Heologorum quidá doctiſſimi atq; clariſſi mi ſubtiliſſmis diſputationibus quæ ſierunt an per Chriſti miracula ꝓbatu ſit poſſibile eum fuiſſe deũ & Meſiá i. antiqua lege pro miſſũ.Sũt q affirmẽt:ſunt & q negẽt:Ego át (ut paucis ex pediá)i eorũ q negãt hoc eſt Gerardi Bononieñ:& Pauli Peruſini ordinis mei ſniam uado.Si.n.p miracula id ꝓba retur iam nõ crederetur: ſed id nobis credendũ ꝓponiť. Adde ꝙ cũ non cõſtiterit qua uirtute propria:ſ. an aliena Dei an Belzebub ut Iudæi calumniant:id fecerit:dici ſem per poterit id cõmune & aliis fuiſſe:Nam ꝓcedentibus ẽt ſæculis apud gentiles & hebræos paria nec minora ſunt uiſa:legimus Magos Pharaonis qui gentiles erant: ſicut & Moſem feciſſe miracula: legimus Heliam mortuũ ſuſci taſſe.Heliſeum:Naamá a lepra curaſſe.Ieſaias narrat decẽ lineis ſolem eſſe reuerſum: quo miraculo neſcio an maius unq̃ audiuerim:qd.n.maius qd ue mirabilius eſſe põt:q̃ ꝙ ut uim hoi hoc eſt Ezechiæ regi ægrotanti:de recuperan da ſanitate fides ſieret ille cæleſtiũ Sphærarum diuinus & ſempiternus ordo mutaretur. Quis pro miraculo nõ ac

cipiat:ꝙ a Tito Liuio primo libro de primo bello punico recitatur:Romanos.s. cũ triẽnio pestilẽtia laborassent Sibyllinis libris admõitos misisse legatos epidaurũ Pelo põnesi urbem:qui Aesculapiũ deum Romam accerserẽt: quo cum uenissent numen ipsius dei in serpentis specie apparuisse:& per urbis celeberrimas partes mitibus oculis leni tractu labi cœpisse: & tandem spectante populo ad Triremẽ Romanam sponte ꝓfectum:in quinti Vgolini legati tabernaculo multiplici orbe se conspirasse quieuisseq; semper:donec Antium quæin Italia uolscorum est ciuitas:peruenissent. Vbi ex naui prolapsum postq̃ in uestibulo templi sibi dicati triduo permansit: in nauim iterum ꝓserpsisse:ac demum Triremi iam Romam ingressa in Insulam Tyberinam ubi tẽplum ei dicatum est: transnatasse. Sunt ista quidem(non imus inficias)commenta diaboli:sed quis hoc mortalium nisi christiana imbutus disciplina dignoscat? Plato scribit pheræum quendam. Pamphilium inter eos qui in acie ceciderant decem diebus iacuisse. biduoq; postq̃ inde sublatus esset:impositum rogo reuixisse. ac mira quædam tempore mortis uisa narrasse: Sed ne sit necesse p multa uagari uolentẽ gentiliũ mira reperire:legatur Valerii primus liber factorũ ac dictorũ memorabiliũ:& qd de ominibus:de somniis:de ꝓdigiis: & de miraculis referat:attẽdat: Quod ãt xp̃s dicit fecisse se quædam quæ nemo alius unq̃ ante fecerit. Ideo utiq; dixit:ꝙ alii miracula non propria:ut homines & si propria non diuina sicut ipse fecit uirtute fecissent: non fuit ergo miraculorũ exhibitio:sed uis exhibẽdi singularis in xp̃o. Et quoniam scimus mira quædam a deo: a spiritibus etiã malis æque ac bonis:& a natura quoq; fieri posse:& cum

fiunt a quo potissimum fiant semper ambiguum: concludimus miraculum fallax esse signum: quēadmodum & color in urina: & i uultu obscuritas: ut pote quæ a pluribus causis prouenire solent: & a quibus proueniant: raro compertu ñ. Hoc igitur dixi non ut nostra infirmem: pro quibus etiam fundendus est cruor: sed ne simul cum nostris aliena confirmem: quibus est cum nostris cōmune miraculum: Tenemus etiam Antichristum dogmatum suorum impietatem miraculis roboraturum: quibus quottidie ne fidem adhibeamus: admonemur. quo innuitur posse & miraculis licet nō ueris: sed quo ad nos ueritatem præ se ferentibus astrui falsitatem.

De errore Auicenæ & aliorum qui dicunt omnia miracula fieri naturaliter. Cap. x.

SEd potius ex fide miraculum: q̄ ex miraculo fides efficitur. dicit enim Christus Si habueritis fidem sicut est granum sinapis: & dixeritis mōti huic: trans hinc: transibit: Fuere tamen nonnulli gloriæ diuinæ quodammodo inuidi. naturæ autem nimis addicti: inter quos est Auicena: qui conati sunt omnium miraculorum etiam eorum quæ in nostrum beneficium deus ostendit: in natura rerum causas inuenire: Aiunt enim nostræ imaginationi cum fortis est: obedire primum uires animæ: ut ea est: quæ digerendo nutrimento præfecta est: quo

ſæpe factum dicunt ut nonnulli ex lepræ imaginatione leprosi euaſerint. obedire ẽt imaginationi non corpus ſolũ aĩæ imaginanti cõiugatum: qđ & nos concedimus ſed & materiam quoq; exteriorem: qđ negamus. nec tñ id aiunt oĩbus aĩabus eſſe cõmune ſed quarundã eſſe priuilegium ſingulare: quas aliis excellẽtiores ac diuiniores putãt quales eſſe uolunt ꝓphetarũ & heroum ſeu ſemideorum. Iſigonus & Memphodorus teſte Plinio in ſeptimo naturalis hiſtoriæ libro: capite ſecundo tradũt in Aphrica quaſdam eſſe familias: quarũ laudatiõe intereãt ꝓbata: areſcãt arbores: emoriantur infantes. Eſſe eiuſdem generis in Tribalis & Illyriis adiicit Iſigonus: qui uiſu quoq; effaſcinent & interimant quos diutius intueanť iratis præcipue oculis. & hos pupillas binas in oculis hẽre: ſunt ut aiunt huius generis fœminæ in Scythia bithyæ appellatæ. Verum hæc non imaginationibus ſed uel halitui horis peſtifero: uel uapori ueneno ſo q ex oculis ꝓdeat aſcribenda. ſicut accidit in his qui peſtilentia ſunt infecti. eorum nãq; aĩæ conſtat uim ineſſe mortiferã: quæ & in alios contagio ſæuiens: & multiplicatione ſui inualeſcat & ſerpat. hi nimirũ qui effaſcinandi uim hñt: neſcio qđ ſimile patiuntur: ſibi innoxiũ: aliis lœtiferũ. & ne uideať ĩpoſſibile huiuſmodi uenenoſos humores intra nos gigni: ſubiiciam quæ Plinius libro ſeptĩo naturalis hiſtoriæ capite. xv. de mẽſtruo mulierum: ex quo humana corpora cõcreantur: enarret. Sic. n. inqt. nihil facile reperitur mulierum ꝓfluuio magis mõſtrificum. aceſcunt ſuperuentu muſta. ſterileſcunt tactæ fruges. moriuntur inſita. exuruntur hortorum germina. & fructus qbus inſedere: decidũt. ſpeculorũ fulgor aſpectu ipſo hebetať. acies ferri præſtringiť: eboriſq; nitor. aluei

apum emoriuntur. æs ẽt ac ferrũ rubigo ꝓtinus corripit: odorq; dirus aera. & in rabiẽ agunt gustato eo canes: atq; insanabili ueneno morsus insigitur. sic Plinius: Aiunt etiã Medici pestilentiã non semp contagio fieri. sed humoribus atq; spiritibus in hoie uiciatis dirum illud morbi insanabilis genus enasci: Quo fit ut nõ oĩa in causas naturales: sed quædã ẽt in dæmones: quædã hoc est ea quæ uera sunt: in bonos angelos & in deũ sint referenda miracula.

An sit ubiq; Christi lex promulgata. Cap. xi.

Sed an impletum adhuc sit ꝙ dicitur. In oẽm terrã exiuit sonus eorum. si per terram intelligas continentem: nõ dubito: adimpletũ. n. existimo. si uero terræ uocabulum ad oĩum hoĩum habitationẽ extẽdas: dubito: & eo maxime ꝙ diebus nostris opera regum hispaniæ multæ in atlantico: in æthiopico: in indico oceano ultra ẽt circulũ capricorni: & torridã zonã: ubi altera terræ habitabilis portio collocatur: repertæ sunt insulæ: ab hoibus hitatæ: nostris ẽt mlto maiores ut pote quarum aliquæ tria milia: & amplius passuum milia circuitus habeant. & harum: neq; Strabo: neq; Ptolemæus neq; Pomponius Mella: neq; Plinius: neq; antiquorum scriptorum qsq̃ meminerunt. quo cõstat fuisse semp hactenus ignotas: & nunc primum accepisse nunciũ de xpo: Qui uero inter illos huius ignorantiæ nocte per durante scd'm legem naturaliter hoibus insitã beneuixerint: ẽt si aliqñ peccauerint: mõ postea egerint pœnitẽtiã : putamus post mortẽ aliquod felicitatis genus hituros & loca aliqua dei dono sortitutos. Vbi melius uel saltẽ mi-

nus male fint habituri.q̃ hi qui fordide & flagiriofe uixe runt.Sic putare me cogit iufticiæ & clæmẽtiæ diuinæ con templatio:& Dauid autoritas ita dicentis. Quia tu red-des unicuiq; fecundum opera fua.

Religionem Chriftianam non effe a ftellis ut errant aftrologi:fed effe breuiffimam ad cœlum uiam a deo in-uentam & traditam Cap.xii.

q Vod uero dicũt Aftronomi religionẽ xp̃ia nam a Cœli conftellationibus fluxiffe: fal-fum nefariũ atq; impiũ puto. Aiunt namq; Iouem iunctũ cũ Saturno feciffe hebræam. Cum Marte chaldæã: cũ Sole ægyptiã : cũ Venere farace nicam.cũ Mercurio xp̃ianam. Cum Luna uero facturum aliqñ dicũt Antichrifti religionẽ : qui in fine fæculorũ uẽ turus eft.hæc nugamenta fictitia execramur:& quafi Ne-nias infantiles ridemus affidue:& quidem multis rõnibus pfuafi:fed ea potiffimũ ad pñs q; fcimus tales plãetarum coitus fæpe ante has religiones factos : & nunq̃ tñ ex eis legem fluxiffe.quo conftat leges ab eis non fieri . & non effe religionũ cãs hos coitus.fi.n.caufæ effent:cũ põita cã naturali poni neceffe fit & effectũ:q̃ primũ cõgreffa fuif-fent ea fidera:ficut poftea pduxerunt : fic & tũc legẽ pro duxiffent.q; fi facto coitu lex non pdiit:certa rõne cõclu dimus coitũ legis uel nõ effe cãm : uel faltẽ diminutam : Dicimus ergo & qđ dicimus credimus: fidẽ xp̃ianã nõ a fideribus fed a deo p mediatorẽ dei & hoĩum deũ & ho minẽ Xp̃m Iefum cõditã:ab Ap̃lis pmulgatã:miraculis cõ firmatã:ueritate fubnixã:p̃ditã honeftate:fultã rõne.hanc

ergō ut teneas hortor & moneo:& repetēs iterūq; iterūq; monebo.hæc.n.uita uia ē ī cælū recta:& q̄ breuissima ad il la sempiterna bona:quæ oculus non uidit nec auris audi- uit.Vt Mathematici uolunt linearū quæ in punctū aliqđ ꝓtrahunť nl'la breuior ē:q̄ ea quæ recta ē.rectitudinē hāc hēt xp̄iana Religio: ut pote quæ post mortē iustorū aīas non p̄ anfractus ducat ad deū: sicut olim lex hebræorum quæ aīas quātacunq; iustitia pollētes mittebat ad īferos: & ad locū quem Abrahæ sinū appellabāt: erat illa lex uia q̄dem ad deū:sed lōga sed obliqua.quæ per nostrā ad re- ctitudinē & ad cōpendium est reducta:imo in nostrā mu tata.nec illi per nostrā nisi rectitudo quicq̄ est ānexū.Via quæ obliqua erat lōga:& perplexa:facta est recta:breuis: expedita:Aliæ uero leges ambages sunt: & fabulationes sicut dicit psalmus.Narrauerūt mihi iniqui fabulationes: sed nō ut lex tua. & alibi.Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis.

De Georgio nouariensi Bononiæ cōbusto cū q̄bus dā disputationibus de fide xp̄iana. Cap.xiii.

Nam subiiciam fidei argumentatiunculam: q̄ ego quoad potui ab errore reuocare sū conatus Georgiū Nouariensem illum quē ante quattuor annos hic Bononiæ:ut meri tus erat: ardere conspeximus uerum sicut natura cessante medicina nil iuuat: sic quia Deus iusto sed occulto iudi- cio non aspirauit:nullum attulerūt uerba remedium. Erat enim adeo deprauatus:& in reprobum sensum datus: ut neq; euidentissimas rōnes audiret: postq̄ in doctorum ac

præstantium uirorũ consensu huius a Notario lecta sunt dogmata: Dicentibus aliis eũ hæreticũ: Vbi ad me uetum est (faciebat.n.ordinem dicendi ordo sedentiũ) non hæreticum: sed qđ longe est detestabilius: respondi apostatã: longa.n.iudæorum cõsuetudine ideo corruptus qa a deo derelictus iudaizabat. & in se uerificabat qđ dicitur.cum sancto sanctus eris. & cum puerso puerteris. huic nostræ sniæ & si primũ uisi sunt aliquantisper qdam aduersari tã dem tñ ut intellexerũt: oẽs assensere. Paulopost ipse Georgius ut audirem ipsam bestiam sua uerba resonantẽ: adductus est: Homo erat staturæ iustæ: formæ liberalis: corpore firmo robustoq;. Ingẽio Vafro: prauo: ac subdolo: adeo ut in eo uno uiderer agnoscere Catilinam: Vlyxem: & Sinonem. Cũ igitur alii multa in eũ scite apteq; sed certe bonitatem malicia ꝓuocante inutiliter dixissent: statui & ego aliqd præter ea quæ adducta dictaq; fuerant: subinferre: quo & si non illi ad salutem: mihi tñ esset utilis ad meritum labor meus. Sic ergo inter nos certamẽ initũ est: Christũ inq̃ in lege ꝓmissum nondũ uenisse putas o Georgi? Puto dixit ille: nondũ uenisse xp̃m uerum: tunc ego Danielis inq̃ & aliorũ ꝓphetarũ uaticiniis de q̃bus ab aliis abunde iam dictum est ꝑtermissis: Volo tecũ sermone materno simplici ac familiari & de circumuentioue minime suspecto fabulari: cum uenerit Christus dic sodes: bóni quid afferet? Populi liberationem respondit: subiiciet gentes: & lõge ac late dominabitur: Tunc ego si tibi inq̃ alium dedero: cuius maiora sint longe ac meliora facinora: non ne hunc Christo tuo præstare fateberis? Fatebor respondit: Tunc ego æquo animo sis dixi: & auribus faue: si Attila: aut Otomanus aliquis Bononiam obsideat:

& duorum alterum petat a ciuibus:ut aut terrenum prin-
cipem:aut deum ſuum negent: utrum facilius putas impe
tratu? Vt principem terrenum negent:reſpondit: Tūc ego
ſubieci:hactenus Georgi ſcite ſapienterq; reſpondes.atq;
utinam ſic in finem uſq; reſpondeas. ſic.n. facile te ex his
compedibus exſolues. non ſunt deliri hoīs iſtæ uoces:
Erant.n.in collegio quidam:qui eum ſub dementiæ præ-
textu ſaluare contenderent. pergamus inq̄ & recte ut cœ-
piſti ſemper reſpōdeas.Maius eſt ergo: factuq; difficilius
Deum uerum uel eum quem uerum quis putet: q̄ terrenū
principem explodere:& ex mentibus hominum contēpta
eius cultura deturbare:maius reſpōdit: Tūc ego.At Chri
ſtus inq̄ noſter hoc egit.Ille his auditis ſubito expalluit:
ut nudis preſſit qui calcibus anguem:Et lugdunēſem rhe
tor dicturus ad aram. & ſubiungens uides dixi Georgi
quomodo ſapientia Chriſti uincit tuam maliciam. quo-
modo fateri coactus es noſtrum Chriſtū tuo quem ſom
nias Chriſto præferēdum. Non uenit Chriſtus uerus mū
di ut putas quæſiturus imperium. Dixit.n. ipſe.Regnum
meum non eſt de hoc mundo.ſed ut nos de diaboli po-
teſtate & ab idololatria reuocaret. Propterea cum paſſio
nem ſuam ſciret inſtare . nunc princeps huius mundi inqt
eiicietur foras.& ego ſi exaltatus fuero a terra:omnia tra
ham ad meipſum.hic eſt cōmunis & antiquus iudæorum
error:Chriſtum putare temporaliter regnaturum: quo ēt
mater Ioannis & Iacobi:uxor zebedei cum more iudaico
eſſet implicata:rogauit filiis mundanā dignitatem:& pp
terea de ignorantia damnatur a Chriſto. Putabat namq;
mulier adhuc iudaice ſapiens .Chriſtum more Dauid &
Salomonis in purpura & auro & armorum potentia re-

gnaturum: sic populus ille carnalis semper fuit: sic rudis & hebes: ut nunquã dei uoces intellexerit. propterea tantam eorum pertesus ignauiam terga eis dedit. Quod futurum deus ante monstrauerat eo præcipue casu: q cum Moses deum rogaret ut faciem ostenderet: confe stim abiens terga ostendit. Vnde scriptum est: uidi posteriora uidentis me. Ioannes in epistola sua ca-pite tertio: cur Christus uenerit manifestat dicens. ille apparuit: ut peccata tolleret: & paulo infra: in hoc apparuit filius dei: ut dissoluat opera diaboli. non igitur ut putatis uos: quo temporaliter regnaret: Sed ut Idolo-latriam destruens: Mundum ad dei cultũ reuocaret. Tibi ergo & iudæis inutiliter apparuit. & facitis apud uos co-natum eius esse sine fructu: dum caligo uestræ pertinaciæ bonitatis eius lumẽ excludit: sed quibus utiliter apparuit Iesaias capite. lxv. longe ante prædixerat. Inuentus sum in-quit a non quærentibus me: palam apparui his qui me nõ interrogabant: Ad Israel autem dicit: Tota die expãdi ma nus meas ad populum non credentem: sed contradicentẽ mihi. Aestuas dixi o Georgi: æstuas? At Fui: nisi resipiscas æstuabis acerbius: Tunc ille non æstuo dixit: sed philoso phiæ ac dialecticæ retibus me insequeris: quibus & si ca-pi possum: teneri non possum. quid has inq̃ uanas excusa tiones perperam adducis? Quid de dialectica conque-reris? sum ne ego Chrysippus: de quo dictum est ab anti-quis: q si Iuppiter dialecticã habere uelit nõ aliam habi-turum q̃ Chrysippeam? non potui nudius non potui sim plicius apertiusq; loqui: sed ut uideo ex illis malis es pisci

bus:de quibus dicitur:simile est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare: & ex omni genere piscium congreganti: quam cum impleta esset educentes: & secus littus sedētes elegerūt bonos in uasa sua: malos autem foras miserunt. Nec negare potes tot populos uirtute Christi ad unius dei cultum reuocatos.nam in eius nomine:ut ipse prædixerat:sunt eiecta dæmonia:sunt curati morbi: mortui suscitati:Idola confracta.templa destructa: & demum prædicata per totum orbem ueritas orthodoxa. hoc Apostoli.hoc Martyres:hoc sancti cōfessores inuocato Christi nomine:non in angulis: sed palam coram principibus: regibus & populis in aperto fecerunt. Nulla iam natio: nulla mūdi pars.nisi fortasse:ut prædixi: aliquæ apud Antipodes: si usq̄ sunt Antipodes uel alibi insulæ abditissimæ & nobis ignotæ sint:in quas nondum Christi fama transierit:Idololatriæ seruit: & quis hanc per orbem doctrinam sparsit: Quis hanc mercem per Asiam:Aphricam & Europam tulit? Iudæi ne. Non utiq;.neq; enim unquā ipsi gentem ullam ad unius dei cultum reuocarunt. sed ipsi sæpius ad Idololatriam relicto dei cultu declinarunt: At quis hoc dogma per mare:per Insulas. per terrā seminauit? Nempe illi de q̄bus Dauid dixerat: Pro patribus tuis:hoc est pro patriarchis & prophetis:nati sunt tibi filii idest Apostoli:qui sunt a Christo in patrum antiquorum locum subrogati: & sequitur Dauid. Constitues eos principes sup oēm terrā.& in oēm terrā exiuit sonus eorū:& in fines orbis terræ uerba eorū.Nā dū Thomas parthos.Matthæus Aethiopiā.Ioānes Asiā.Petrus Pōtū

galatiam. Capadociam. Paulus Græciã & Illyricũ. & ambo Petrus. s. & Paulus Romã & Italiam die noctuqꝫ docẽdo pambulant: pulsa sunt ex tẽplis & ex tẽplorum adytis simulacrisqꝫ dæmonia. templa euersa: statuæ cõminutæ. aræ cõtritæ. Et tandẽ Constantinus impator bene in xpianos aiatus fide suscepta & Cruce pro aqlis & Imperii insignibus cõtra Maxentium Maximiani filium xpianorũ psecutorẽ eleuata: in xpi reuerentiã uetuit quẽqꝫ in crucẽ agi. Sũmo xpianorum Pontifici Syluestro Romam cessit. tẽpla quæ adhuc extant: Christo maximis impẽsis posuit: Ecce Georgi hæc sunt opera triumphalia Christi nostri: & qd Christus tuus amplius gerere poterit? quid æquale? quod est: dum est: ĩpossibile factu est. Aristoteles. n. inter principia rerum naturalium numerat & priuationem: & sicut lignum ex non ligno: & lapidem ex non lapide: sic cultum ex non cultu fieri est necesse. cultu ergo diuino iam iuducto quicquid agendum restat: minus est hoc facto. qui ergo futurus est Christus: eo qui iam fuit: & hæc fecit: minor certe erit. & id ex tua confessione sequi manifestum. Ad hæc Georgius subiratus: mihi ne dixit tamq̃ mulierculæ ista narras? putas ne te hodie aniculam conuersurum? Non sunt inquam o Georgi: non sunt tuæ istæ uoces. factus es enim diaboli simulacrum. Sed pone miser hanc amentiam: & noli contra stimulum calcitrare: noli spiritui sancto resistere: incipe si quid habes: & has nostras aniles fabulas tu qui tantus es: dissolue si potes. Habeo inquit penes me respondere quid possim: & cum tempus erit respondebo. Tunc ego: rñde nunc optime Vir: quandoquidem & tempus & locus id postulant. Mentitus es igt me: quẽ ĩprobũ iudicas: uirum bonũ appellás. parcius

dixi o Georgi parcius:ego te optimum uirum non aliter: q̃ Xp̃s dei filius Iudá amicum dixit:q.ſ.non eſſet:ſed amicus eſſe debuiſſet: & quẽ zelo charitatis amicũ optabat. Reſponde igitur:& confer pedem:tua namq; ſi bona fuerint:reſponſa amplectemur. & huc huius gratia uenimus ut tu de fide recte ſentiẽs & ſane reſpondens abſoluare: & nos te adiuuantes cũ aliquo ſpũalis frugis emolumẽto reſipiſcenti tibi collætemur: Nondũ inq̃t Idolorum cultura eſt exploſa: ſed nunc maxime idola colitis uos xp̃iani. o ſancte præceptor inq̃ perge oro te:perge.tolle ex mentibus noſtris hanc impietatem. & doce nos hodie quæ xp̃ianorum ſint Idola:iuro.n. tibi me illa confeſtim negaturum.dic agedũ.Quæ ſunt xp̃ianorum Idola o Georgi. Petrus: Paulus: Hieronymus Ambroſius: reſpondit ille. Vis inq̃ o Georgi amici aduerſum te fungar officio: Volo reſpondit.Tunc ego amici officiũ eſt dixi amicos cum quid deliquerint:obiurgare.nã inquit Ariſtoteles in ethicis.Melius eſt ferre auxilium in moribus q̃ in diuitiis: qũ id honeſtius & amiciciæ magis congruum. obiurgabo ergo te cum bona uenia. Quid miſer calumniaris xp̃ianos ꝙ Idololatriæ dediti ſint imputando: nõne uides inſane tuã amentiã.& ꝙ dum me uocas idololatrã: te ipſum eſſe indicas idiotam: quomodo Petrus eſt idolum.cũ Petrus ſit aliquid:idolum aũt nihil. Idolum eſſe nihil Paulus diffinit. & recte quidem. nam in earum naturarum catalogo quæ a mundi opifice deo ſunt conditæ non magis eſt idolum:q̃ chimera:q̃ hircoceruus:& alia ficta ac imaginaria:quæ rõnis entia uocant dialectici. nec plus eſt idolum unũ quiddam q̃ nauis & nauta.q̃ arator & ſtiua:& cætera ſimilia non per ſe nec a partium natura:ſed aliunde unita

tem hñtia hic Georgius concitas inquit ut uideo aduer-
sum me omnem philosophiam ionicam & Italicam. Vis dialecticorum elenchos & præstigia sophistarum contra me armare. Sed quæ gloria uestra est. Si puerum iuuenes si multi fallitis unum Dauus sum nõ Oedipus. Sphingis ænigma non intelligo: Ah Georgi dixi q̃ longe a recto erras itinere: & q̃ facile redires ad uiá si redires ad te ipm. non es Dauus. sed es aspis surda: quæ cauda obturans aurem suam: ne audiat uocẽ incantantis sapienter. heu miser in quam diram strigẽ incidisti. quæ sic omnem tibi sanguinem suctu hausit. quo es totus deuoratus a Lamia. Ah miser exue iá opera tenebrarũ: & indue arma lucis. & redi ad matrẽ tuá eccl'iam catholicá. quæ te gẽuit: quæ te mortuũ luget: quæ nos huc misit ut suscitemis: redi cũ filio ꝓdigo ad patris pietatẽ. scis: nec doceri te est opus: q̃ sit Clæmẽs & bẽignus: & ꝑstabilis sup malicia. expectat te xps & Angeli sancti: de qbus dicit: gaudiũ est angelis sup uno peccatore pœnitentiá agente. redi ad gremiũ matris ecclesiæ. parcit tibi. cõdonat hic error iuuẽtuti. Recordare parẽtũ cognatorũ: affiniũ: amicorũ: & patriæ. qbus isidelitatis notá hanc inuris. perdis hac demẽtia te ipm. maculas hoc scelere gñus tuũ. cõtaminas hac ĩpietate nostrũ hoc sæculũ. ad hæc ille solo fixos oculos tenebat. Nec magis ĩcœpto uultũ sermone mouet. Quam si dura silex: aut stet marpesia cautes. Et facto puo ad uidendũ qd rñderet ĩteruallo: mox adiunxi. at postq̃ ꝑstas in ꝓposito: redeo & ego ad ꝓpositũ. noli metuere georgi te a nobis decipi. neq;. n. sumus deceptuli: ut tu ꝑperá uocas xpi discipulos: quidelicet hoĩes pis carent: hoc ẽ scdm tuá iterptationẽ deciperẽt. induco cõtra te ueritatẽ non sophisma: quæ de Idolo dixi

nō ſunt ex apicibus uel appēdicibus hūanæ curioſitatis. ſed ex ueræ philoſophiæ fundamentis. aīaduerte quorū cōſpectibus aſtes:licet.n.ego & tu forte ſumus Damoeta & Menalcas:nō ſunt tñ Palæmones q circūſpectāt. Idola inqt a me appellat̄ qcqd aliud a deo nō adorādum ado- ratur.ut ſanctorū ueſtrorū imagines : quas ego tū ēt cum eſſem adhuc puer ſolebā lapidibus ferire & luto cōſpge re.Tunc ego ſubieci illud Perſianū.O curuæ in terris aīæ & cæleſtiū inanes.& itē illđ.O miſer inq; dies ultra miſer. huccine rerū uenimus?An neſcis qđ quottidie contiona mur ad ppl'm adorari & deū & creaturas. & .n.qd ē ado- tare niſi uenerari & colere qꝓ ſi dicas ſc iptū eſſe deū tuū adorabis & illi ſoli ſeruies:rñdemus adorationis gēus ēe duplex:unū qđ latria:aliud qđ dulia uocat̄ a græcis.p̄rio adoratiōis genere inclinamur alicui tāq̄ creatori tāq̄ Deo hoſtias & oblatiōes offerēdo.ſcđo inclinamur creaturæ: quæ inclinatio ē cuiuſdā excellētiæ ꝓteſtatio.de quo gñe dicit̄ cū i mltis ſcriptæ locis:tū pcipue qđ memoriæ nūc occurrit.capite.xxxiii. geneſeos. ubi dicit̄ qꝓ Rahel & Io ſeph Eſau patruū ſuū adorarūt:qđ ergo penes nos ē Pe trus & Paulus.hoc pene iudæos eſt Moyſes.Aaron. Nee mias. Eſras. Dauid. Samuel. & cæteri uitæ approbatæ & doctrinæ uiri.ſanctos.n.ut Deos nō adoramus.at tāq̄ dei amicos amamus:honoramus ueneramur & colimꝰ:alıđ ē regē:aliđ ē miſtros honorare pp regē. ad hæc ille neqcia ſua q̄i q̄dā ſpūali apoplexia correptꝰ obmutuit.&hoc ea de cā qa ei deerat qđ ē i cōuerſione potiſſimū: iſpiratio- bñ ergo a xp̄o dicit̄.Nēo p̄t uēire ad me: niſi pater meꝰ traxerit eū:pauca hæc đ fide tecū recēſui.ſcio.n.magnā & pluſq̄ dici aut cogitari poſſit fidei uim ieſſe:q̄ ſi uigilāter

custodieris:faciet te oium inimicorum uictorem:& oium calamitatum cotemptore. Propterea Ioannes Apostolus in prima epistola capite qnto dicit. Hæc est uictoria quæ uincit mundum fides nostra.qs est autẽ qui uincit mundũ nisi qui credit qm̃ Iesus est filius Dei? Qui Iesum Dei filium firmissime credit:dictis eius assentire non dubitat.q dictis eius firmiter adhæret: iam mundum hũc necesse est contemnat. at qui mundum contemnit:uincit.recte ergo Ioannes concludit mundi huius essẽ uictorem qui Iesum credit esse saluatorem:& Paulus.fundamentum inqt aliud nemo potest ponere præter id quod positum est : quod est Iesus Xp̃s. Addam unam Hieremiæ sniam: quã Paulus ad hebræos capite octauo:Contra iudæorum citat puicaciam.uituperans enim Deus iudæos in Hieremia dixit Ecce dies uenient dicit Dñs : & consumabo super domum Israel : & super domum Iuda testamentum quod feci patribus eorum:in die qua apprehendi manum eorũ ut educerem eos de manu ægypti.qm̃ ipsi non permanserunt in testamento meo.& ego neglexi eos dicit dñs : sic Hieremias.Cerne q̃ manifestum nouo testamento ferat testimonium.quid est oro te consumare:nisi complere? uetus testamentum diu idest usq; ad xp̃i aduentum fuit incohatũ fuit imperfectum:& erat quasi mola inferior ociosa : cui noui testamenti mola superior erat imponenda:ut.adueniente fluxu spũs uehementis:hoium inter utrãq; copræhensa duricies pœnitentiæ contritione moleretur: Vnde Ioannes Baptista superioris molæ præcursor & nuncius ex euangelio Matthæi clamabat.pœnitẽtiam agite:appropinquabit.n. Regnum Cœlorum.uocat regnum Cœlorũ nouum testamentum:ad qd'.cum iam esset ueteri imponẽ

dum hoíes quaſi triticum uocat ad molendũ: Ideo dixit Xp̃s. Erunt duæ molẽtes: una aſſumetur: & altera relinquetur. Erat ergo uetus teſtamentũ in nouo conſumandum: quod ubi factum fuit: & rei & conſumationis huius autor Chriſtus non tacuit. Sed Hieremiæ reſpondens alta uoce mox dixit. Conſumatũ eſt. Vide mirabilem Dei ſapientiam: inexpugnabile fidei fundamentum: & nutantis animæ ſolidum firmamentum: Sed ne dicentes uná iſtarũ molarum alteri impoſitam uideamur ſentire contra Chriſtum dicentem uná aſſumendá: alterá relinquendá: dictum eius ſũma cum reuerentia ſic declaramus: ut dicamus fidẽ hebræorum hoc eſt uetus teſtamentum dici a xp̃o ideo derelinqui: ꝙ pars ea quæ de cerimõiis ideſt ſacrificiis & ea ſimiliter quæ agit de iudiciis & de contractibus humanis: per nouá abrogetur. Nos aũt noſtram illi dicimus imponi: ꝙ retentis ex ueteri teſtamento moralibus præceptis: ritus illi cerimoniales in xp̃i ſacrificium: Cuius erant figura: tranſlati ſunt. quo fit ut lex illa uetus hebræorũ pædagogus: & derelicta: & noſtra illi impoſita dici poſſit: Non fuerit ẽt abſurdũ: ſi dicat̃ per molentẽ derelictá intelligi teſtamenti ueteris partẽ abrogatá: per eá uero quæ aſſumenda dicit̃: deſignari decalogũ: & Cerimonias. ut ad uetus teſtamentũ totũ id chriſti dictũ referat̃. nam ut dixi quod eſt de moribus remáſit intactum. Cerimoniæ uero mutantur in melius. Sed q̃q̃ ſecundum hanc expoſitionem ad uetus teſtamentum ptinere uideat̃ dictum xp̃i: re uera tñ tangit & nouũ: nam illas partes aſſumi quid aliud eſt: q̃ illas in nouum tranſformari? Te igitur ſæpius interroga an pfecte credas. ſi firmus fueris: nihil eſt qđ tolerare iam non poſſis. ſin aũt infirmum te ſentis: dic Xp̃o cum

n



Apl̃is:auge nobis fidem:nam ſi quis indiget ſapientia po ſtulet a deo:& dabitur ei.Poſtulet át í fide nihil hæſitás. & memento ꝙ qui deo credit:eũ honorat:qui uero non credit mendacem facit:quo nihil eſſe poteſt indignius de teſtabilius:pernicioſus·

De Spe & charitate. cap.xiiii.

r Edeo aliquantiſper ad fidei familiam ſpem & Charitaté.Vt breui quadá anacephalæo ſi magis earum pateſcat ingeniũ:& qcq̄d di cet̃ erit ex theologorũ officina depróptũ : Spes igitur eſt hítus uoluntatis quo ad eorũ deſiderium inclinamur:quæ fides pollicetur. deſiderium aũt eorũ eſt bonorũ:quæ non hñtur: Sed quo ná pacto tres iſtæ uir-tutes theologicæ ſint diſcretæ breuiter explicabo.fides ut ante diximus:ſic intellectum afficit:ut his tm̃ faciat aſſen-tiri:quæ ſcriptura ſacra cómuni reuelatione complexa eſt Eſt aũt cóis reuelatio:quæ ſaluandis ut ſaluent̃ credenda ꝑponit.ſunt & aliæ quædam Reuelationes non cómunes ſed ſpeciales:ut Ioannis apocalypſis:quæ & ſi uera eſt. & ei cui oſtenſa fuit intellecta.nobis tamé quia quæ neceſſa rio explicitæ ſint credenda non cótinet:clauſa & occulta. In intellectu igitur eſt fides.Spes aũt & charitas in uolun tate:uoluntas operationem hét:& qeté:negociũ & ociũ. operatio eius duplex.Vna qua uelit:altera qua nolit.Vtri uſq; negatio eſt quies. quod theologi exprimunt per nó uelle.eſt aũt operatio melior quiete:uelle quoq; q̄ nolle præſtantius.Velle item duplex:propter ſe:& ꝑpter ali-

ud.primo frui dicimur:ſecũdo uti.Fruimur.n.eũ ꝑpter ſe: Vtimur uero cum gratia alterius melioris qdpiá amamus: ut panem propter uitam.Frui quoq; duplex. Ná & quotiens aliquid cum poſſeſſionis deſiderio:& quotiens idẽ poſſeſſionis reſpectu non habito ſui gratia amamus: ſic utraq; operatione frui dicimur: ut duos amores duobus uocabulis illum ſpei:iſtum charitatis nuncupemus:& ſi dicas ſcd'm hæc dicta non uideri ſpem ab uſu differentem: ut pote qua ſicut & uſu qdpiam propter aliud ut Deum propter nos diligamus. Reſpõdeo nõ oẽm amorem eſſe uſum quo refert ad aliud quod amatur: ſed eum tm̃ quo in melius ordinamus quod amamus.ſed omittamus imp̃ſentiarum theoremata iſta ſubtiliora:tunc repetenda cum theologicis quæſtionibus acrius intendemus. At q̃a una oppoſitorum eſt diſciplina:de deſperatione aliquid qũo ſ.generetur:adiiciá. Cum uoluntas ſibi deum deſiderat ac ſperat: ſi decepta ratio id eſſe obtentu impoſſibile dicat neq;.n.niſi decepta id dicet:uoluntas quia impoſſibilium non eſt electio: deum uel nullo amplius modo: uel ſub conditione: puta ſi obtinere poſſet deſiderat: & horum utrumlibet ideſt uel nullo modo: uel cum ea conditione diffidendo expetere: triſticiam quandam parit in uoluntate:quæ una ſatis eſt ad deſperandum.Iudas in ultimo illo ſubmerſionis ſuæ naufragio ueniam ſub conditione: hoc eſt ſi poſſibilis eſſet:exoptabat.ſed quia decepta ratio id factu impoſſibile nunciabat: deſperatiõe adductus laqueo ſe ſuſpendit.Eſt igitur a natura ſpei aliena conditio:ſed forti atq; aíoſa fide ſperandum eſt.nam ſub conditione aliquid expetere: non eſt ſperare. ſicut ſub conditione uelle non eſt ſimpliciter uelle; ut qui merces

uult ne moriatur:proiicere:non uult ſimpliciter proiicere. Conditionibus igitur impone ſilentium: & alterius uitæ bona ſimpliciter & abſolute ſperare conſueſce. Sed qui uult efficaciter ſperare: oportet eum firmiſſime credere. Propterea deſperantibus pſuademus ut credant: Et Xp̄s apud Matthæū dixit palytico. Cōfide fili.& duobus cæcis:Creditis inquit quia hoc poſſum facere uobis? reſpōderunt:utiq; dn̄e. Tunc tetigit oculos eorū dicens. Scd'm fidem ueſtram fiat uobis.Sed de his hæc hactenus. iā ad longanimitatem tranſeamus.

De longanimitate. Cap.xv.

l Onganimitas uirtus eſt ad patientiæ ſubſidium adinuenta. eius namq; eſt longinqua ac magno tpis interſticio remota bona conſtanter aggredi:& inter expectandum nullis iniuriis frāgi:nullis difficultatibus abſterreri:nullis perturbationibus in fugam uerti.Longanimitas igitur patientiæ baculus eſt:Cuius adminiculo diutius ſubſiſtere & per lutulentam hanc ac lubricam uitam ſine lapſu & caſu poſſit incedere.Spem quoq; adiuuat uirtus iſta. Nam bonum quod ſperatur ēt ſi in immenſum differatur:ſuadet expectandum. Floruit autem iſta uirtus in prophetis maxime & patriarchis:qui uenturum xp̄m a longe uidentes & in fine ſæculorum naſciturum fortiter ac longanimiter expectabant.& ideo dicti ſunt lōganimes in ſpe.hinc illa uox Ieſaiæ prophetæ.Vtinam diſrumperes cœlos & deſcenderes.& illa.mitte quē miſſurus es:& iſtæ q̄dem uoces ſunt ſpei.Audi iā lōganimitatem. Expecta inquit Dauid dn̄m

uiriliter age. Confortetur cor tuum: & ſuſtine dominum. Eſt & illa apud Ieſaiam lõganimitatis uox. expectabo dominum qui abſcondit faciem ſuam a domo Iacob & præſtolabor eum: & alibi. Si moram fecerit expecta eum. Hæc igitur uirtus propter expectandi difficultatem inuenta eſt. Nam difficile expectantur ea: quæ ardenter amata nõ ſtatim habenda ſed longe poſita eſſe iudicantur. Hinc illud quod in prima noſtra parthenice diximus. Spes eſt longa dolor: promiſſaq; munera amanti Expectare diu: labor ẽ: & põdus iniquũ. Sicut igiť magnanimitas in magnas. ita longanimitas in res quæ longe abſunt uel abeſſe putantur animos leuat: & inter eundum mentem ne concidat: perſeuerantia ſuſtinet: nam pleriq; dum ad ea per lõganimitatem pergunt quæ procul apparent: quaſi iumentum in uia laſſum diuerticula quærunt: ab onere tergum a iugo ceruicem ſubtrahunt: & nonnunq̃ aliquantiſper ex orbita declinant: inuẽtus eſt igitur funis quidam: qui quaſi Theſei filum extentus ac animi manu tẽtus: nec ad dexteram nec ad ſiniſtram errare permittat: ſed uſq; in finem itineris ne ſit opus quiete: ſuſtentat: hæc eſt igitur perſeuerantia: quæ difficultatem ex patientiæ diuturnitate ſurgentem lenit: & quaſi Ambroſiæ ſucco uires laborantis inſtaurat. Et quemadmodum perſeuerantia peculiariter contra tolerandum faſtidium ſic aduerſus omne quod ſe obiicere poteſt impedimentum conſtantia militat.

Anacephalæoſis dictorum & ꝙ non recte dicitur a theologis uoluntas antecedens & conſequens in deo. Caput. xvi.

s Ed anacephalæosim facio eorũ quæ diximus: circa difficilia teste Aristotele uersat uirtus: sicut ergo multiplex difficultas: ita quoq; uirtus est multiplex. difficultas est magna subire pericula: hanc fortitudo demolitur. difficultas est inter tolerandum tristitia non uinci: huic difficultati patientia se obiicit. difficultas est quæ de futura uita dicuntur credere ac sperare. in hoc spes & fides suppetias ferunt: Difficultas est longe distantia bona diuturna animi suspensione morari. huic longanimitas opitulatur: Difficile est nouos casus quottidie contra nos emergentes æquanimiter ferre. huic constantia præstat auxilium. Dum longinqua bona pia longanimitate expectamus: difficile est mentis non incurrere lassitudinẽ: tenere semper intentam cordis aciem nunq̃ obdormire: nunq̃ hallucinari: nunquá ab incepto opere diuaricari: occurrit huic periculo perseuerantia: & ita fit ut constare tibi possit deum & naturá nihil prætermisisse quod homini ad beatam uitá possit cóferre: Et hoc nimirum est quod theologi dicunt deũ uelle omnes uoluntate antecedente saluos facere: sed uoluntate consequente quosdam tantum, iuxta illud. multi sunt uocati: pauci uero electi: Ego autem non antecedente & consequente: Sed antecedentis & cósequentis debere dici existimo: ut per hoc inuatur deum omnes ideo saluos fieri uelle: q̃ omnibus ut dixi palam fecerit atq; communicauerit ea quæ antecedere debeant ad salutem. hæc autẽ sunt lex & uirtutes: ex quibus tanquam ex antecedente, sequitur beatitudo tanquam consequens. Sicut apud dialecticos dicitur præmissas esse antecedens: conclusionem uero quæ sequitur ex præmissis esse consequens. Licet ergo

deus non det omnibus consequens: hoc est beatitatem: tamen uelle dare ideo uidetur: quia dare uult & dat antecedens. ex quo per Syllogismum rectæ operationis inferatur consequens beatitudinis. Sed quia maior pars mortalium dum contemptui habet formam huius illationis: perdit fælicitatem illius consequentis: dicitur deus uelle nos saluari: quia per liberalitatem suam dat antecædens: & non uelle nos saluari: quia per segniciem nostram non dat consequens. harum uirtutum habitus cõsuetudinesq; longo inustas exercitio possumus naturaliter quidem habere: opationes át scđ'm eas usq; in uitæ finem itegre perducere: sine dei peculiari auxilio certe non possumus.

Quod & quare deus odio habeat ociosos. Cap. xvii.

d Anda est igitur opera ut in his exerceamur: nulla namq; sine exercitio uirtus: nulla ars sine usu esse potest. usu autem paritur: conseruatur: augetur: Nec negauerim deũ uno momento posse omnem uirtutem nobis implere: Sed ipse semper & ubiq; detestans ociosos eas quas nobis contulit uires ad usum & exercitium uult conferri. Dixit enim operariis: quid statis hic tota die ociosi? ite & uos in uineam meam: & quod iustum fuerit dabo uobis: Sed cur pigris & inertibus aduersetur: duas impræsentiarum causas iuenio: uná ꝙ huiusmõi hoĩes dũ segniciẽ sequũť: maxime dissiĺes deo efficiũť. deus náq; natura est actuosissimus Xp̃o dicente pater meus usq; mõ opať: & ego opor

nec uoco deum actuosum: q̄ cursitet aut saliat: ut istrio. Sunt enim opera eius sedentaria: sed solida: assidua: perēnia. Et propterea fuere theologi qui scitissime dixerint substātiam illam infinitam quam deum uocamus: ab actu magis quam ab habitu debere appellari: & ex uocabulis ea deo potius conuenire: quæ operatiōem: quam quæ potentiam operandi significent. ut rectius nominetur docēs quam doctor: dans quam dator: regens quam rector: diuina namq; operatio non sicut nostra tēporaria: sed essentiæ suæ coæterna tanta firmitate subsistit: quanta & essentia: Alteram: quod omnis rei perfectio teste Aristotele in libro de cœlo: sita esse uidetur in trinitate: hoc est in essētia: potentia: & operatione. essentia ut anima: est potentiæ radix & fundamentum: potentia puta intelligentia in essentia animæ: est ut ramus in arboris caudice: operatio autem ut intellectio quasi dactyli in termitibus palmæ: qui ergo per ocium cessat ab operatione: uidetur naturam fraudare ultima sua perfectione: & iniuriam opifici naturæ irrogare: q̄ eam non eo usq; perducat quo ipse perducendam instituat: sicut agricolam proculdubio offēdit qui arborem ne fructificet: facit: propterea dicitur a Ioāne Baptista in Matthæo. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum: excidetur: & in ignem mittetur: Tantum igitur uigilantia nostra moliatur: tātum industria se acuat tantum ratio se attollat: ut in dies magis perficiendo ad uirtutes & ad bonos mentis habitus: quæ sunt felicitatis instrumenta: perueniat.

De quattuor nouissimis: & primo de morte cum declaratione dicti Empedoclis de lite & amicicia. Cap. xviii.

a D maiorem huius sanctæ ac salutaris disci-
plinæ profectum quattuor adiumenta quæ
renda sunt:quæ non extimentur ideo con-
temnenda:quia uulgata:sed potius ꝓpterea
amplexanda quia utilia:& profecto non alia fuit diuulga
tionis ratio q̃ multiplicis utilitatis cognitio.Hoc aũt dixe
rim propter eorum prauam cõsuetudiné : q sine respectu
utilitatis familiaria oía contemnunt. & usu quottidiano
protrita fastidiũt:quos epigrámaticus poeta notat dicés.
Et pueri nasum rhinocerotis hñt.nos uero nugis post ha
bitis saluti consulentes quicquid prodest q̃q̃ sit uile com
mune:triuiale:semp amplectimur tanq rem preciosam: ne
gocio accõmodatá:& opportuná. Quattuor ergo adiu-
menta sunt ista:Meditatio nouissimorum. Lectio scriptu
rarum.Imitatio sanctorũ. & supplicatio. Nouissima sunt
quattuor.Mors:Infernus:Paradisus.& Iudicium: Ad na-
turam mortis enarrandá mihi se offert quod dixit Empe
docles : fieri.s.oía per litem & amiciciam.amicicia aũt est
generatio:quæ disiuncta hoc est corpus & aíam: & quat
tuor in corpore elementa conglutinat : Lis est mors:quæ
coniuncta dissociat. Nam corrupta elemétorũ harmonia
lis exoritur:& calore in humidum sæuiente seqr̃ desicca-
tio:quá incinerationé medici uocant:ex incineratione ue
ro hoc est ex radicalis humidi consumptione mors nasci
tur.mediũ inter litem & amiciciá:hoc est inter generatio-
nem & mortem interstitium:quies est cõtrariorũ inter se
pugnantiũ.licet.n semp pugnét: tamen uocari potest ami
cicia:q̃diu non est pugna pemptoria : & eam quieté quæ
sunt instar pacis induciæ quædá: appellare solemus mor-
talé uitá:quá ut uolunt Astronomi cœlũ ut theologi præ

dicant: deus ut ego sentio utrumq; dispensat: cōseruat: & limitat.

An mors corporis sit naturalis. Cap. xix.

a N uero mors sit naturalis ambigit̃: & profecto qđ naturā destruit eiq; aduersat̃: dicendum naturale nō uidet̃. Quod item a principio uenit intrinseco: naturale id esse manifestū: & hoc in scđo libro de physico auditu confirmat Aristoteles dicēs ĩ hoc differre naturalia ab artificiosis: ꝙ hæc a principio extrinseco: illa ab intrinseco hn̄t motionem. & hoc utrūq; in morte ꝑspicimus: naturā. n. destruit. qđ est manifestū. & fit a causis nobis intrinsecis: nam corpus aĩatum causas quibus dissoluitur: intra se habet. Calorē. s. naturalē: quo radicalis hūor erodit̃. & q̄q̄ cibo & potu noua supinfundat̃ humiditas: nō est tn̄ aduenticiū hoc humidū priori cōpandū: & naturæ æque affine & amicū. Huic alimentorū defectui est annectēdū uim nutritiuā in nobis fatigari: ac in dies inualidā fieri. & in horas magis euadere repādis corporib9 nostris ĩbecillā. quo fit ut corpus pedetentim uiciet̃: & fiat assidue deterius: & aĩæ magis ĩhabile: & ĩcōmodū: & ad uitæ munia minus idoneū: cū igit̃ mors quæ nihil est aliud q̄ uitæ extinctus: hoc pacto ab ĩtrĩseco ĩducat̃ certe ꝓficisci a natura uidet̃. & ista q̄dē est nostra ſnía. Sed neq; ꝑtereūdū hic naturarū pl'ita tē ĩesse corpib9. nat̃a. n. dicit̃ materia: & forma: & ip̄m cōpositū. Vn̄ fit ut naturalr̃ fieri: possit q̄dpiā multiplr̃ dici. ex alto cadere naturale id materiæ: hoc est corpi: Cui grauitas a natura ẽ ĩsita. formæ uero neq; naturale neq; cōtra

naturā:ut pote elemētorū experti:& quæ est a fermēto aliena corporeo. Ast intelligere naturale est aīæ:cuius uis itrīseca est itellect9.cōpōito & hoī naturale ē ridere: audire:loq: ambulare: q9 istorū nō in pte sed ī cōpōito sunt sita prīci pia:magis tñ in aīa.ppea ut bene dixit Aristoteles naturæ nomenclatione dignior est forma.mori ergo naturale est corpori. naturale & hoī scd'm corpus. aīæ uero cōtrariū hoc ē non mori & p sequelā hoī naturale.quo fit ut debi ta sit ei resurrectio:quo postq̄ moriēdo factū est satis na turæ corporeæ:satisfiat & spūali resurgēdo.ppea dogma est catholicū remanere in aīabus inclinationem ad corpus æternā:donec a deo datore formarū abinuicem disiuncta iterū cōiugāť. Nō ergo ut obiectiōi priæ respōdeā mors hoī infligiť ut destruať: sed ut naturæ & uoluntatis diui næ seruato semp ordīe deducatur caro ad esse spirituale. hinc illud euangelicū:Nisi granū frumenti cadens in terrā mortuū fuerit:ipsum solū manet.si aūt mortuū fuerit:mul tum fructū affert:ppterea & ab Aplo mori dicitur semi nari cū inqt:seminatur corpus aīale ut surgat corpus spūa le.si est corpus aīale:est & spirituale.sicut scriptum est:fa ctus est primus Adam in aīam uiuentē.nouissimus Adam in spiritū uiuificantē.Adam apud hebræos hoīem signifi cat.& sicut apud nos homo ab humo:sic apđ eos Adam ab Adama quod terrā significat:deriuatur. Vides iam quo modo mors hoī naturalis:Sed & aliis modis naturale qđ dicitur.naturale namq; est & quod alicui speciei ut igni & qđ rerū naturæ cōmuni:& qđ sit placitū ēt deo soli.a scē sus igni naturalis qa leuis. at si natura cōmūis uniuerso ne scissura fiat:ne schisma ī rebus accidat:ne mūdi cōtiuatio ne dissoluta uacuū qđ abhorret intercidat: ignē demittat

Mori dr Seminari ab apostolo.

Homo ab humo Adam ab adama .i. terra.

erit motus ille igni contrarius : uniuerſo tamen naturalis. ſicut latronis mors : latroni aduerſa: Ciuibus propicia. ꝙ ſi etiam naturæ communi quicq̃ repugnans deo placuerit : ut ꝙ Cœlum ſtet uel retrogradiatur : id quoq; immo id maxime dici naturale digniſſimum. tanto enim naturalis appellatio eſt uerior: quáto unde fluit cauſa eſt altior. At ſuprema omnino natura eſt deus. Cui obedire toti inferiori naturæ eſt naturale. Simpliciter ergo homini naturale eſt mori: & naturale reſurgere. quoniam ſic ab opifice omnium natura ſtatutum eſt.

Opiniones uariæ de morte. Cap. xx.

Mortis meditatio.

m Ortis meditationem ſummam eſſe philoſophiam dixit Plato. Nihil eſt enim quod magis aut æque appetitus Luxuriam premat: & ad rationis regulam mores componat q̃ ſemper ingruentis mortis meditatio. Apud Gethas : & Thraces quidam feri ſunt & ad mortem paratiſſimi: ꝙ redituras putant animas obeuntium: Quidam & ſi non redituras: non extingui tamen autumant : ſed ad loca beatiora tranſire. alii emori quidem: ſed id melius eſſe quá uiuere. Fœminæ ſuper uirorum cadauera interfici: ſimulq; ſepeliri uotum eximium habent. apud quoſdam eorum puerperia lugebantur. Et has apud illam gentem opiniones diſſeminaſſe putandus eſt Orpheus. qui fuit indigena magni uir ingenii: & poeta ſuauiloquẽtiæ ſingularis: q̃ barbarorũ aĩos demulcẽte: ſyluas & ſaxa hoc ẽ ſylueſtres & ſaxeos hoĩes ad rit9 quoſpq; libebat traducẽdi lĩbã3 poãtẽ hẽbat. dies natalicii

Mos Inductus ab orpheo Lugendi naſcentes & letitia ꝯſequẽdi defunctos.

Triſtes agebantur:funera uero quaſi ſacra cum luſu & cā/tu iucundiſſime & cum ſūma hilaritate celebrabant.& re/cte quidem.Nam cum naſcimur peregre ꝓficiſcimur:incerti quod iter : quod hoſpitiū : quem uiæ terminum ſimus habituri.& cum morimur finita ꝑegrinatione in antiquæ matris gremium reuocamur.peregrinationē hanc peccatores produci:ſancti uero breuiari ſemper rogant.hinc Da/uid inquit.Heu me:quia incolatus meus prolongatus eſt.

De multiplici genere mortis corporalis:& non eſſe tempus merendi poſt mortem. cap.xxi.

ſEd multipliciter & non uno modo mors dicitur.nam eſt mors hoīs:qua hō diſſoluit & uolunt quidam Theologi hoīem & omne totū quoddam tercium eſſe præter ꝑtes quod earum & coitu reſultet:& abitu diſpereat.& id eſſe aiunt:qđ morte totius diſſipetur.’eſt & alia quædā mors corporis:qua ulteriori reſolutione reuertitur in ea:ex quibus conſtabat elementa.Prima ſi in dei timore: ſi in pietate & religiōe hoīem repperit: bona eſt.de qua dicit᷑.Preciosa in conſpectu dn̄i mors ſanctorū eius : ſi peccatorē impœnitētem reperiat: mala eſt.Ideo:quia ut prima eſt felicitatis:ſic iſta eſt miſeriæ ſempiternæ principiū: Quam/diu mortalem hāc uitam uiuimus ex uirtute in uicium: ex uicio in uirtutē arbitrio noſtro tranſire ꝑmittit᷑: at poſtq̄ de corporis huius tabernaculo eiecti debitū naturæ per/ſoluimus:nec a uicio in uirtutem : nec a uirtute in uicium eſt trāſitus.Tunc.n.& uiatores eſſe deſinimus. & ꝓmerendi ac cōmerendi ſtatum amittimus. Vocabantur ab anti/

quis uiatores nuncii ac ministri magistratuum: qui homines ex agris accersebát. Nostri autem uiæ appellationem ad uitam hanc transferunt. ait enim Gregorius in præsenti uita quasi in uia sumus: qua ad patriam pergimus. maligni autem spiritus iter nostrum quasi quidam latrunculi obsident. Cum hac ergo uita quæ morte terminatur finiuntur non peccata: sed merita. quicquid enim & in paradiso recte agitur a sanctis: & in inferno peccatur a damnatis: ideo meriti rationem amittit: q extra uiam fiat: etenim uita est agon: uita est theatrum: uita est olympia: ubi spectantibus arbitris propositis coronis decertatur. Vbi sunt Coronæ finitis certaminibns distributæ: qui amplius certat non ut coronetur: sed ex uirtutis liberalitate decertat: non negauerim tamen & tali certamini si certamen id dicitur ubi non laboratur: posse etiam multa dari corollaria: a deo maxime. Qui potest pœnas damnatorum: & etiam augere gloriam beatorum. Quales morimur siue boni siue mali: tales futuri semper egredimur: hoc excepto q sicut boni melius: sic mali sunt semper peius habituri. Qui mutari uult: in uita mutetur: nam post mortem: tanta est alterius uitæ seueritas: ut in ea sicut singuli incipiunt: ita perseuerant. illic ubi nox est: nunq̃ illucescet. Vbi dies est: nunq̃ lucis nigrescet occasus. Hinc Iacobus de patre luminum mentionem faciens: apud quem dixit non est transmutatio: neq; uicissitudinis obumbratio.

De multiplici genere mortis spiritualis. cum excusatione platonis. Cap. xxii.

s

Vnt genera duo mortis ſpiritualis ī unum quo uirtus & dei timor in nobis expirat: alterum quod uicia & uiciorum fomenta mortificat: de primo dixit Chriſtus. Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Mortuos enim appellauit qui ſæculo: appetitui: qui diabolo ſeruiunt: qui prauæ conſuetudinis ſepulchro incluſi nec gratiæ cæleſtis aerem attrahunt: nec dei ſpiritum concipiunt: nec ad legis mandata ſe attollunt. De ſecundo ſpiritualis mortis genere dicitur a Paulo ad romanos capite ſexto: Qui mortuus eſt: iuſtificatus eſt a pecato. Si autem mortui ſumus cum Chriſto: credimus quia ſimul etiam uiuemus cum illo:& paulo īfra. Ita & uos exiſtimate uos mortuos quidem eſſe peccato: uiuentes autem deo in Chriſto Ieſu:& quomodo hac morte moriendum ſit dicit. Non ergo inquit regnet peccatum in ueſtro mortali corpore: ut obediatis cōcupiſcētiis eius. ſed neq; exhibeatis membra ueſtra arma iniquitatis peccato. Sed exhibeatis uos deo tanquam ex mortuis uiuentes. & membra ueſtra arma iuſticiæ deo: hanc mortem dixit Plato licere unicuiq; ſibi inferre: quod ab euangelica & apoſtolica doctrina non diſcrepat: uerum nonnulli hoc non aduertentes & Platonē de cōmuni morte loqui calumniantes: dum eum incōſulte criminantur de manifeſta ignorantia condemnant. Mortis meditatione ſic decurſa: ſi conquieſcere uides appetitum: & iraſcibilem tuam infrenari: potes quorſum libet mentis tuæ clauum inflectere: & quaſi iam

cessauerit tempestas remissius habere studiũ gubernandi. qp si adhuc recalcitrat cataplasma aliud adhibẽdũ & mox pferẽda est infernalis barathri recordatio: ut sicut æstuãs lebes ĩfusis aquis: & fremẽs equus uerberibus incussis: sic feruor appetitus æternæ miseriæ ostensione restrictus remittat feruorẽ suæ temeritatis. nam rei tristis sola memoria dũ dolorẽ ciet in sensu: lasciuiã extinguit in appetitu.

De loco damnatorũ q̃ dicit̃ infernus. cap. xxiii.

d Amnatorũ locus ut est sanctorum cõmunis opinio non sub ipso globo: ut Isidorus putat: sed in ipsius globi terrestris medio: tellure ipsa sinum & quasi aluum aperiẽte credendus est. Isidorus autem dixit futurum esse: ut post iudicium: solis & lunæ orbes ita firment̃: ut huic nostro tm̃ hemisphærio lucem infundant: damnatos uero in sempiternam noctem alterius hemisphærii relegandos: ubi esse a multis putantur Antipodes: sed hæc est iam pridem explosa sententia. nam in medio terræ uentre non in tergo loca illa infamia ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat: ponit ecclesiæ sancta credulitas: & credulitati huic ratio non dissentit. decet. n. eos qui obstinate a deo per prauam uolũtatem & morum obscœnitatem discesserunt: ad infima trudi: & a cõspectu solis & Cœli: ubi dei est sedes: sub scabellum pedum eius: hoc est sub terram de qua dicit̃: terra scabellũ pedũ meorũ: mitti: ut sic impleat̃ quod dicitur per prophetam: Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. nec sub terram solum sed etiam in terræ partem abditissimam: &

Cœlo remotissimá: & mũdi cẽtro cognatissimá initi dñt in terrá: í quá miseriæ & tenebrarũ opertá mortis caligine: & a dei benignitate: & a naturæ beneficiis: & at Cœlorum influxibus derelictam.

Opinio antiquorũ gentiliũ de inferno. cap. xxiiii.

n E oĩo uanũ ẽ qđ poetæ gẽtiliũ cecinerũt apđ inferos esse stygẽ: acherõtẽ: lethen: cocytum: phlegethontẽ. Stygẽ legius esse aquá ad nonacrim Arcadiæ regionẽ ex altissima saxi crepidine distillãtẽ: tá uiolentæ frigiditatis: & naturæ tá atrocis: ut in ea neq; argẽteũ: neq; æreũ neq; ferreũ uas possit subsistere: sed mox dissiliat ac dissipet᷑. Stygos hydor appellat᷑. Cõtineri & cõseruari posse aiunt ungula tm̃ Mulina. & ea Regẽ Alexãdrũ ferunt enecatũ. est ẽt similis ingenii & noĩs aqua & in Achaia ad pheneũ urbẽ: & in Thessalia ad peneũ ãnẽ: Acherontẽ Seruius dicit esse locũ non ꝑcul a Baiis in cãpania: mõtibus undiq; clausum: & patere tm̃ ad meridiẽ soli. Vbi Aeneas Miseno & Vlyxes Helpenore occisis necromãtiá exercuere. est & Acherusia specus in asia ad mare euxinũ ꝑ quá cerberũ ab Hercule tractũ fabulant᷑. tá ꝓfundæ uoraginis: ut illinc credat᷑ descensus ad inferos. Lethes fluuius: & ĩ Hispãia & ĩ Aphrica circa extremum syrtiuu cornu: urbem abluens Berenicem: de quo Lucanus. Quam iuxta Lethes tacitus prælabitur amnis Infernis ut fama trahens obliuia uenis. Hæc autem attigerimus: ut ostendatur antiquorum opinionem fuisse apud inferos omnium eorum esse congeriem: quæ apud nos leguntur tetra: dira: horrenda: pestifera.

Ratione naturali persuadetur esse oēm immundiciā apud inferos. Cap.xxv.

Redēdum est enim aquis undiq; in eum locum dilabentibus tanq̄ in totius mundi sentinam & cloacā comportari bitumen & sulfur: & omnis terrenæ molis immundissimas sordes. fieriq; odorem multo tetriorem q̄ in scaptensula apud Græcos: & in auerno apud campanos. & in asphalto apud iudæos. Terra enim ingentibus perforata cauernis: & antrorū lōge lateq; uagantiū suspēsa fornicibus capacissimam ac sordidissimam aluum suam longissime extendit. fiunt in ea sicut in plerisq; terrarum locis aspicitur: æterna materiæ semper ardentis incendia. & ne mirum sit aut incredibile quod de inferni recitatur incendiis: præteriens ea quæ dicuntur ab Augustino & reliquis autoribus christianis: subiiciam hic ex Plinii libro secundo naturalis historiæ capita tria.s.cvii.cviii.cix.sic.n. inquit: In comagene urbe Sa mosata stagnum ē emittens limum (maltham uocant) flagrantem Cum quid attingit solidi: adhæret. præterea tactus sequitur fugientes. sic defenderunt muros oppugnante lucullo. flagrabatq; miles armis suis. aquis etiam accenditur. terra tantum restingui docuere experimenta: Similis est naturæ naphtha (ita appellatur) circa Babyloniā: & in austagenis parthiæ ꝓfluēs bituminis liquidi modo: huic magna cognatio igniū. trāsiliuntq; ꝓtinus in eā unde cūq; uisam. ita ferunt a Medæa pellicem Crematā postq̄ sacrificatura ad aras accesserat corona igne rapta. Verū in mōtiū miraculis ardet Aetna no

ctibus semper: tantoq; æuo ignium materia sufficit: ni
ualis hybernis temporibus: egestumq; cinerem pruinis
operiens. Nec in illo tantum natura sæuit exustionem
terris denuncians. flagrat in phaselide Lyciæ mons Chi
mera. & quidem immortalis diebus ac noctibus flamma.
Ignem eius accendi aqua: extingui uero terra aut fœno
Gnidius Ctesias tradidit. eadem in Lycia ephesti montes
tæda flammante tacti flagrant: adeo ut lapides quoq; ri-
uorum & harenæ in ipsis aquis ardeant. alitur ignis ille
pluuiis. baculo si quis ex his accenso traxerit sulcos: riuos
ignium sequi narrant: flagrat in bactris Cophanti nocti
bus uertex. flagrat in medis & cestia gente confinio per
sidis. Susis qdem ad turrim albam quindecim caminis ma
ximo eorũ. & inter diu cãpus Babyloniæ flagrat quadam
uelut piscina iugeri magnitudine. Itẽ æthiopum iuxta he-
spum montẽ stellarũ modo cãpi nocte nitẽt. Similiter &
in megalipolitanorum agro tam & si internus sit ille iu-
cundus: frondemq; densi supra se nemoris non adurens:
& iuxta gelidum fontem semper ardens: Nymphei crater
dira apolloniatis suis portendit ut Theopompus tradit:
augetur imbribus: ingeritq; bitumen temperandum fonte
illo igustabili alias omni bitumine dilutius. Sed quis hæc
miretur? in medio mari hiera isula ardet: Aeolia isula iux
ta Italiam cum ipso mari arsit per aliquot dies sociali bel
lo. & donec legatio senatus piauit: maximo tamen ardet
incendio Theonochema dictum æthiopum iugum tor
rentesq; solis ardoribus flammas egerit: tot locis: tot
incendiis rerum natura terras cremat: sic Plinius ad
uerbum: Quo sit ut mirum uideri non debeat si
in terræ aluo dicatur id esse: quod fere passim cernitur

in supficie: Ignis ergo q in obscuris illis cõcauitatibus ni-
grátes attollit flãmas fumi & nebularũ globos exhalat: q
diu p opaci carceris tractus ãplissimos euagati postq̃ nul
la ad egrediẽdũ spiramĩta repperint: i se cõtorti reuertunt
in ignes. fitq; flãmarũ & fumi Chaos imẽsũ: illic dãnatorũ
est hitatio: q assidue cogunt Cœca hæc incẽdia cõtẽplari
tãtaq; ex hac inuita cõtẽplatiõe quã in æternũ suppliciũ si
bi a deo datã cognoscunt: surgit indignatio. tãtus ipatien
tis ai furor exardescit: ut oi rõis usu posthito cœlo & ter
ræ ac deo ipsi pcent excidiũ. Et qm̃ uis cõcupiscibilis bo
ni placentis abñtiã & pœnæ displicẽtis sentit offensionẽ
irascibilis quoq; desideratæ qetis neqt a cõcupiscibili ipe
pedimẽta repellere: fit in aio mœror & luctus: & sine ul
la cõsolatione cordoliũ: hæc aũt pdicti poetæ p illa qnq;
flumina: quæ apud inferos ponunt: mystice designarunt.
Styx. n. est odiũ. Acherõ tristicia. Lethe obliuio. Cocytus
luctus. Phlegethon ardor Odiũ dei atq; iusticiæ. tristicia
de pœnarum acerbitate. obliuio charitatis & spei. Luctus
ex pœnarum æternitate: ardor ex conscientia culpæ: ardor
item corpis post resurrectionẽ. quod iugiter ardebit: &
non consumetur. & erit illic mors æterna: quia immorta-
lis miseria: quæ supræmo bono idest beatitudini opposi
ta potest summũ malum appellari: duo isti sunt fines ulti-
mi bonorum & malorum: quia cum ad illum per uirtutũ
officia scandendo perueneris: nihil est superius quo gra-
diaris. ubi ad istum p flagitia descendendo corrueris: ni-
hil est inferius quo prolabaris. Quicquid ergo boni est
in moribus propter illum quæritur: quicquid uero mali
propter istum fugitur. Nec impossibile deo iudicetur: qd'
naturam posse non dubium est: ut. s. corpus ardeat & nõ

consumatur: & in incendio æterno uita permaneat nec finiatur. nam & lignum setim constat inflammari posse: sed non consumi: Est & quoddam lini genus ex quo telæ cōfectæ: cum purgandæ sunt: in ignem mittuntur nec exurun tur. Vnde ueteres regum & principum cadauera cum erāt comburēda: ne cinis eorū cum lignorum cineribus confun deretur: huiusmodi telis insuta cremabant: Est & aīal qđ naturaliter in caminis ardentibus uiuit: pyrallem uocant naturales. adde ꝙ sicut ante peccatū erat humanū corpus sic temperatum ut non mori posset. sic & post iudiciū miro & indicibili modo fermentabitur: ut æternis non cædat incendiis. Vnde & Iesaias dixit: uermis eorum nō morietur: & ignis eorum non extinguetur. Et quēadmodum beatitudo omnia bona: sic est cūcta mala complexa damnatio. octo igitur genera pœnarum: quæ Tullius dicit per leges infligi scilicet damnum. uincula. uerbera. talionem: ignominiam. exilium. mortem. seruitutem continet cumulatissime damnatio. hic igitur sine fine torquentur atroci supplicio: quia nulla fuit in fine religio. At qui saltem in suprema uitæ uespera resipiscunt: quia peccata in uita relinquunt: aliquando pœnarum finem inueniunt.

De beatitudine cœlestis paradisi: & primo quātum atinet ad partem intellectiuam. Cap. xxvi.

d E Paradisi gaudiis temere quicq̄ dicere non ausim. nam si ut scribitur Iesaiæ capite. LXIIII. & in epistola Pauli prima ad Corinthios capite secundo: nec ocu

culus uidit: nec auris audit: nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus diligentibus se. Quid tentabo uerbis expromere quod in cogitationem nequit ascendere? Græci sapientiæ deam tritogeniam uocant: qꝛ ordinate tria producat: recte cogitare: recte loqui: recte operari: & Aristoteles in libro de interpretatiõe dicit: uoces esse notas earum quæ in animo sunt affectionum: ex quo sequitur lingua non posse explicari quod sit impossibile cogitari. dicam tamen aliquid ut animum tuum prouocem ad desiderium uidendi ea quæ mortales oculi uidere nõ possunt. hoc enim desiderium mẽtem a terrenis rebus ad Cœlestia subrigens facit ut adhuc terreni ac mortales: simus saltem ex parte Cœlestes. nam si uerum est illud. Vbi Thesaurus tuus ibi & cor tuum. Si Thesaurum in cœlo habemus: necesse est in cœlo esse cor nostrum: qꝛ si est in Cœlo: cœleste est: desideria facere corda nostra Cœlestia: & conabimur ex pauculis infinita: ex minimis ingentia meditari: illo uel maxime moti quod in Gregorii dialogo recitať. Si mulier in subterraneo ac teterrimo Carcere pariat infantulum & ei in tenebrosis & angustis locis iam adulto uelit enarrare Cæli altitudinem: mundi amplitudinem: Solis claritatem: auroræ uenustatem: Lunæ pulchritudinem: Stellarum nitorem: terræ latitudinem: ueris amœnitatem: auium alacritatem: uocum modulationem: riuulorum gratiam: hortorum læticiam: odorum fragrantiam: maris redundantiam. & reliqua: Nunq̃ uerbis consequi poterit ut in miseria illa natus & educatus: cui lucernuncula prolata diem: abscondita noctem semper induxerit: credat

quæ audierit. Sic profecto nobis in terra natis & enutri-
tis accidit: quod & Christus Nicodemo loquens sic ex
pressit. Si terrena dixi uobis & non creditis: quomodo si
dixero Cœlestia credetis? & quidem sicut Cœlum magni
tudine: pulchritudine: altitudine terras antecellit. Sic cæle
stia bona terrenis bonis præferenda non dubito. Hoc
inq̃ non dubito: illa tamen non cognosco: quia omni ima
ginatiõe nostra maiora sunt. Partis intellectiuæ duæ sunt
potentiæ. Intellectus ac uoluntas. intellectui cognitio ue-
ritatis: uoluntati possessio commoditatis adeo grata est:
ut nihil possit esse iucundius. in hac uita ex parte scimus
ex parre prophetamus. Sapimus ut paruuli loquimur ut
paruuli: quia uidemus per speculum in ænigmate. Nã cor-
pus quod occidit aggrauat animam: & opprimit sensum
multa cogitantem. & ut in libro sapientiæ dicitur. Cogita
tiones mortalium timidæ: & incertæ prouidẽtiæ nostræ:
Quo fit ut intellectus Cupiditas quãtumcumq; hic se in
gurgitet & bibat: semper tamen sitibunda remaneat. At
in paradiso quia uidebit facie ad faciem: & cognoscet ho
mo sicut cognitus est: Euacuabitur quod ex parte est:
Quod paruuli est: quod imperfecti est. eritq; immenso
huic nostro desiderio oppido satisfactum. Cum illa om-
niformis essentia quæ est prima ueritas, nostræ se intelli-
gentiæ reuelabit: tum demum illud adimplebitur. Vacate
& uidete quoniam ego sum Deus. Nunc enim intelle-
ctus multipliciũ phãtasmatũ uexatus occursu: & quasi pu
er in uenali foro uagus: nũc hoc: nũc illud demirat̃: nec ua
cat: nec uidet deum: sed operatur & laborat incassum. hac
tẽus de ĩtellectu. Possessionẽ cõmoditatis cuius amicicia ẽ

inſeperabiliter annexa uoluntati:uita iſta non præſtat te-
ſte Salomone: qui poſtq̃ ſenſibus ſuis quicquid deſidera
bile erat indulſit.& omne genus uoluptatis expertus eſt:
quaſi nihil adhuc profeciſſet:tandem inquit·Ebel ebelim
ue col ebel.interpretatur: Vanitas uãitatum & omnia ua-
nitas.Viderat enim omne quod delectat uel non ſaciare:
uel repente tranſire: & amitti. & ſenſus ipſos annis re-
cedentibus hebetari.ſacietatem omnium fieri.& ſeneſce-
re cum ætate libidinem. Et certe patria iſta q̃tumcumq; in
nocenter ac pie uiuamus: ſpei & deſideriorum eſt patria.
in ea poſitus propheta dicebat: Glorioſa dicta ſũt de te
ciuitas dei:& q̃ dilecta tabernacula tua Domine uirtutum
concupiſcit & deficit anima mea in atria domini.& Sicut
deſiderat Ceruus ad fontem aquarum: ita deſiderat ani-
ma mea ad te deum.Sitiuit anima mea ad deum fortem ui
uum:quando ueniam & apparebo ante faciem dei.hic de
fine bonorum hoc eſt de beatitudine diſputant philoſo
phi.& uſq; adeo quærentium in hac uita:& nuſq̃ inueniẽ-
tium beatitudinem curioſa ſuccreuit induſtria:ut teſte Au
guſtino in libro.xix.de ciuitate dei naturam ſectarum de
beatitudine loquentium ad ducẽtas octuagintaocto uar
ro produxerit. quarum omnium fines ſi quæ illarum ali-
quid ueræ bonitatis attingunt:noſter paradiſus abundan
ter includit.nam ſua redundantiſſima uoluptate ſic om-
nem uoluntatis appetitum inebriat:ut liberum arbitrium
in ea poſitum peccandi facultate priuetur. Quod tamen
non eſt libertatem minui ſed augeri:longe enim præſtan-
tior eſt libertas: ea tantum uelle poſſe quæ diſplicitura
ſint nunq̃:q̃ ea etiam uelle poſſe: quæ aliquando nolle ſit
neceſſe.Tunc erit Deus omnia in omnibus:hoc eſt quic-

quid ſinguli deſiderabunt ſuppeditabit Deus. Quia tan ta dulcedine mentibus noſtris illabetur : ut perfecte com pleatur quod dicitur a propheta.Saciabor cum apparue rit gloria tua : uel ut in hebræo eſt imago tua:nam in he bræis codicibus eſt.temuneca. quod interpretatur imago tua.Hæc de intellectuali ſeu rationali parte perſtrinximus. de ſenſibus autem quonam pacto beati futuri ſint paucis explicemus.

De beatitudine partis ſenſitiuæ. Cap.xxvii.

n Aturam ſeu animæ potentiam quæ & uirtus & uis appellatur : tunc beatam di cimus cum optimum eorum quæ ab ea capi poſſunt ſic per operationem perfe ctam eſt aſſecuta ut ſit de æterna eius poſſeſſione ſecura.optimum quod intel ligi.quod diligi poteſt:ē deus.Sed quod ſenſibus percipi tur nō ē ſpiritus:Deus āt eſt ſpūs:a quo igit̃ beatitudo ſit ſenſuū ñ eſt oīum doctorū una ſentētia.Sunt qui dicāt illā immenſam partis intellectiuæ uoluptatem : de qua apud omnes conſtat unde ſit:redundare & quaſi ſuperfluere : ac in potentias ſenſibiles deriuari:q̄admodum experimur ex uariis animi accidentibus corpus affici.& quod animo pacato pauloante ualebat bene.nunc animo perturbato ægrotare.& q̄q̄ ad omnium ſenſuum gloriam modus iſte ſufficiat.tamen de auditu & uiſu aliquid peculiare dicen dum eſt.audient.n iucundiſſimas dei laudes undiq; reſo nare:iuxta illud prophetæ. Beati qui habitant in domo

tua domine:in sæcula sæculorum Laudabunt te. Videbūt item cælos ac omnem cælorum harmoniam percipiét:uidebunt & ipsum Christum & Matrem & omnia omniū beatorum corpora gloriosa:quæ iam incorruptibilia & mirabili decore cōspicua fient intuentium oculis tam dulce spectaculum:ut quod desiderari melius possit:nescituri sint. Id quoq; erit uisu iucundissimum:ꝙ sicut nunc ex motu corporis animam inesse percipimus:& uegetare ac regere membra corporea:sic tunc cœlo & elementis & rebus omnibus deum esse intimum:& in qualibet uniuersi parte totum:conseruare:alere ac gubernare mundi hanc machinam non dubio cernemus intuitu. Nunc id satis ratio persuadet. & credimus. tamen præ inscitia nostra naturali non perpendimus. Tunc autem oculos circunquaq; uertentes id perpendemus. tanta enim erit uis in oculis:tā acuta uidendi acrimonia. ut & corporum nostrorum ac elementorum & cœli quantitates numeros proportiões harmonias symmetriam ac naturam omnem beati uisu penetrantes inebriandi sint ab ubertate domus dei:& dicturi. Hæc requies mea in sæculum sæculi. hic habitabo quoniam elegi eam. Adde ꝙ beatis nihil erit iuium:nihil clausum:nihil inaccessum. sed mira subtilitate ac agilitate corporis illuc etiam sine pedum ministerio ferentur:quo desiderabit ardor uoluntatis. sic erit animæ imperio corpus obediens & subditum:ut ascensui nulla moles:nulla continuo motui lassitudo:nullus deniq; labor obsistat. Non defuerunt qui dixerint & in scriptis reliquerint in cæterorum sensuum instrumentis generādam a deo qualitatem: per quam melliflua ac nectarea quadam uoluptate dulcescant. Sed quicquid de huiusmodi qualitate dicendum

ſit: unum eſt certum homines æternæ uitæ deſtinatos a deo per metamorphoſim ſic inſtituendos: ut nihil in eis ſit nõ beatũ. his præmiis donantur: his coronis decorant a deo: non qui urbes aut prouincias: ſed qui carnem mundum ac diabolum uicerunt· nec præmia uictoribus debita ſolum reddit: ſed plurima ac maxima corollaria: donatiuum: congiarium: epulum ſuperaddit. quæ omnia pollicitus eſt Chriſtus in euangelio dicens. faciet illos diſcumbere. & tranſiens miniſtrabit illis. ex quo innuitur deum ſanctis ſuis omne humanitatis obſequium: omne liberalitatis officium: omne magnificentiæ genus: omne Charitatis indicium exhibiturum:

Quod naturaliter uirtus eſt honoranda probatur ex conſuetudinibus antiquorum. Cap. xxviii.

c Onſuetudo antiqua Romanorum fuit ex Lauro primum: ex auro mox coronare triumphantes: qui obſidione caſtra liberaſſent: gramine de obſidionis loco decerpto. qui ciuẽ in bello liberaſſet querna fronde cingebatur. qui primus murum hoſtium aſcendiſſet: corona murorum inſignita pinnaculis. qui primus in hoſtium caſtra irrupiſſet: Corona uallo decorata caſtrenſi. qui primus bello nauali claſſẽ hoſtium inſiliiſſet: donabatur corona roſtris armata naualibus. Celebrabãt Græci ſacra Certamina hoc eſt olympiacum. pythium: Iſthmiacum: Nemeæum. horum uictores hieronicæ uocabantur: & ponebatur eis in uictoriæ loco ſtatua. Coronæq; dabantur in olympicis ludis pro Ioue ex oleaſtro. in pythiis pro Apolline

ex delphica lauro.in Isthmiis iterum pro Ioue ex pinu:in Nemeæis ex apio:iuxta illud Satyrici.graiæq; apium meruisse coronæ.& qui huiusmodi certamina puicisset dicebatur uicisse periodon.hoc est consumatæ uirtutis opera perpetrasse.Est.n. piodus apud rhetores sermonis pars perfecta cola cõtinens & commata.cum uidelicet sententia certa quadã descriptione diffinitur:dicebantur etiam uictores huiusmodi paradoxi:hoc est admirabiles : quia uidelicet putabantur cunctos mortales fortitudine:ac ea de qua certassent uirtute præcellere:Singulari etiam priuilegio donabãtur ut urbem ingressuri possent:si libuisset : non porta sed deiecta murorum parte introire : ut apud Tranquillum de Nerone legimus Capuam intraturo :his exemplis præclare concluditur:naturale semp homini fuisse uirtutem extollere.& eius excellentiam ac diuinitatem aliquibus egregiæ laudis ac præcipui honoris declarare muneribus.hanc Deus inclinationem mortalibus dedit: eandem ipse habet.propterea nunquam cessauit minis : exhortationibus : & exemplis per internuncios prius & tandem per se ipsum nos ad uirtutis studium prouocare. Cuius finis ac præmium est felicitas:nõ ea quam uita ista promittit:sed illa de qua dicitur.Cũ dederit dilectis suis somnum : ecce hæreditas domini.& hæc hactẽus de beatitudine.

De Iudicio:& ꝙ Astronomi & doctores etiam catholici qui tempus iudicii prædixeruut manifeste delusi sunt. Caput.xxviiii

s Vpremi diem iudicii & generalem carnis humanæ resurrectionẽ multi ꝓdicere uoluerunt.Sed in oĩbus huiusmodi uaticiniis cõpertum est Xp̃i

dictũ esse uerissimum:Nõ est uestrum scire tẽpora & mo-
menta quæ pater posuit i potestate sua.Lactátius allegás
illud psalmi:mille áni in cõspectu tuo tanq̃ dies hesterna
quæ præteriit:sex milibus annis Credidit mundũ duratu-
rũ.quot diebus esset cõditus ab initio.Concordat huic
sentẽtiæ qđ legit̃ in Talmud hebræorũ.in eo náq; libro-
ubi agit̃ de Idololatris scribit̃:filios Heliæ qui fuerũt an-
tecessores nostri filii ꝓphetarũ Carmelitæ:sic dixisse.Se-
set alapim sana aia holam:sene alapim tou.sene alapim to
rat.sene alapim dies messiæ.quod sic interpretat̃.Sex mil-
le áni fuere mũdi:hoc est assignati sunt mũdo a deo.duo
milia uanitatis uel inanitatis:quia sine lege trãsierũt.duo
milia legis:duo millia Xp̃i.Eodem fere modo lapsi sunt
Methodius Beda Eusebius & alii q sex dies operationis
diuinæ & septimum qetis frustra contẽplantes & cuilibet
diei chiliadem superstitiose satis assignantes ad summam
septẽ milium annorũ duxerunt excursum sæculorũ. Huic
cabalisticæ numerorum rationi uidetur alludere qđ a Ca
tholicis doctoribus:& præcipue quod in fine librorũ de
ciuitate dei dicitur ab Augustino:Sex.s.esse mũdi ætates:
& temporis huius nostri sæculi articulos.Primã ab Adam
ad Noe.secundam inde usq; ad Abraham nõ æqualitate
temporum:sed numero generationum:denis.n.generatio
nibus ambæ terminantur.hinc sicut Matthæus recitat tres
ætates usq; ad Christi subsequuntur aduentum:quæ sin-
gulæ denis & quaternis generationibus implent̃.ab Abra
ham usq; ad Dauid una.altera inde usq; ad transmigratio
nem Babylonicam.tertia inde usq; ad Christũ.Sexta quæ
nunc agitut:quem finem sit habitura non dixit.hunc fi-
nem uolẽs quibusdam signis Xp̃s ostendere dixit.Surget

gens contra gentē & erunt terremotus magni & pestilentiæ & fames:quibus uerbis motus Gregorius cū uideret multa ex his quæ dicunt̄ a Xp̄o tempestate sua cōtigisse: putauit adesse diem iudicii.uerum ꝓphetiæ ac uaticinia oīa tot sunt obscuritatibus obumbrata : tot ambagibus īnuoluta:ut nisi iam adimpleta possint fere nunq̄ ītelligi. Iustiniani Imperatoris tempore circūferebat̄ oraculū:quo dicebat̄ mundū cum prole sua piturum cum ad Romanū impium Aphrica rediisset.& cū eo tēpore Belisario ducē strenue rē agēte rediisset.putabatur in foribus adesse iudicium.Subpauidi oēs arrectis animis circumspectabāt unde cōflagratio generalis erumperet.In hac cōmuni gentiū ac populorū trepidatiōe ac tumultu pugnæ cuiusdam repentinus euētus cum summa omniū admiratione pene ac risu declarauit oraculum:Nam post receptam Aphricam cum uellet idē imperator liberare a gothis Italiam:ducem nomine Mundū ad præclari id negocii misit cum exercitu qui in ipsis Italiæ faucibus cōtra Gothos infeliciter pugnans cum prole occisus est:Mox cū rumor increbruisset. Mundum ducē periisse:uaticinio intellecto timore iudicii functus est mundus : His adiungēdus est error astronomorum tam hebræorum q̄ nostrorum temeritatem suam frenare nolētium.Abraham hebræus astrologus qui princeps cognominatur a suis:cōiunctioni Iouis cum Saturno Mosis natiuitatem regnum Israel & legis promulgationē attribuit.& cum anno Christi.Mccccxliiii.in cancro & rursus post annos.xx.hoc est.Mcccclxiiii.in piscibus futurā præuideret eam coniunctionem : putans redeunte causa redditurum effectum:Messiam in altero prædictorum Coi

tuum expectari debere præcinuit.ſed non ſolum non ue-nit:ſed ea tempora tanta iudæorum ſtrages eſt inſecuta: ut ex omni hiſpania ubi opibus & multitudine plurimū coaluerat:noſtris diebus a Ferrando Rege finito Grana-tenſi bello ad unum omnes eiecti ſint.Arnaldus etiam noſter uaticinari uoluit anno Chriſti.Mccclv.ob conuen-tum trium ſuperiorum planetarum in aquario:uel.Mcccc:lxiiii.ob connexionem ſupradictorum Saturni & Iouis in piſcibus:uenturum Antichriſtum:Sed cum ea tempora iam præterierint:agitur enim nunc a Chriſto annus mille-ſimus quadringenteſimus nonageſimus ſeptimus : eos profecto ignorantes:arrogantes:mendaces:leues:& ridi-culos:nugigerulos declarat euentus:

Futurum eſſe diem Iudicii. Cap.xxx.

s Ed quamquam ſit incertum iudicii tempus: certum tamen eſt futurum iudicium.nam Car nis reſurrectionem & Platonici cōceſſerunt: & Sibyllæ præſagierunt:& prophetæ prædi-xerunt.Chriſtus confirmat.prædicant Apoſtoli:nunciant Aſtronomi:& quid pluribus opus eſt?Conflagrationis extremæ memoria:uel a dæmonibus edita : uel a Cœlo præoſtenſa in antiquis gentilium libris celebratur : Inde illud Ouidii in primo Metamorphoſeos libro de Ioue loquentis:

Eſſe quoq; in fatis reminiſcitur:affore tempus:
Quo mare:quo tellus:correptaq; regia cæli
Ardeat.Memini me apud Petrũ aponẽſem ĩ eo libro q cõ
ciliator ĩſcribit̃ legiſſe:tpe diluuii gñalis planetas oẽs ſub
aquatico piſciũ ſigno cõueniſſe:& cõſpirãtibus aſtris ĩ aĩa
liũ pniciẽ Cœlũ cõiuraſſe:ſorte pari mõ uolũt aliqñ futu
rũ:ut planetis oĩbus in Leone cõiũctis q̃ flãmigerãtis ẽ na
turæ:uirtus ignis ſupramodũ excreſcẽs cœteris elemẽtis &
cũctis aĩantibus moliat̃ interitũ.ſed qa hinc ſeq uidet̃ diẽ
ĩllã ab aſtronomis poſſe p̃uideri:ut pote q pitiã hñt mo-
tuũ Cœleſtiũ: puto hũc admirãdũ ac terribilẽ effectũ nõ
a Cœlo:ſed a Dei uolũtate pẽdere:quæ cũ ſit ẽt ãgelis &
beatis inſcrutabilis:p̃ſciri nullo mõ iudiciũ dat̃:niſi a deo
ipſo reueletur:& cũ Apl̃is id ſcire deſiderãtibus:& ſup eo
Xp̃m ĩterrogãribus reſpõſum fuerit : nõ ẽ ueſtrũ ſcire tpa
& momenta quæ pater poſuit in põtate ſua:credo id fru
ſtra ſpari a poſteritate: & ſatius ẽe deſiſtere ab hac tã cu-
rioſa temeritate.Nõ deſunt ẽt noſtris tp̃ibus q̃ dicant ap
propinquare tp̃s Antichriſti: quẽdã quoq; p̃phetã breui
naſciturũ q̃ magnã morũ & legũ uarietatẽ inducat. fuerũt
q dixerunt a Xp̃o uſq; ad Antichriſtũ mundum ſex ætates
hĩturũ:& primã fuiſſe apl̃orũ:ſcd'am martyrum.tertiã do-
ctorũ.quartã anachoritarũ hoc eſt ſecedentium: ut Pauli
primi eremitæ & Antonii ac ſimilium.quintam monacho
rum ſextam mendicantium. & hac euoluta putant Anti-
chriſti tempus affuturum. Sed cum omnia ſint incerta &
plena fabularũ illud xp̃i tenẽdũ eſt. Eſtote parati qa qua
hora nõ putatis filius hoĩs ueniet.

De Helia patre Carmelitarum ante diem iudicii præ
mittendo. Cap.xxxi.

h Eliam patrem noſtrum præmittendum a deo canit Malachias: ſic.n.quarto capite dicit: Ecce ego mittá uobis Heliam teſbitem áteq̃ ueniat dies domini magnus & terribilis.uel ut interpretati ſunt ſeptuaginta:illuſtris:qui cõuertet cor patrũ ad filios:& cor filiorũ ad patres.ne forte ueniens p̃cutiá terrá anathemate:uel ut tráſtulerunt ſeptuaginta:penitus: Ad q̃d uero peculiariter præmittatur Helias declarat Auguſtinus uigeſimo libro de ciuitate dei.capite xxix.dicens eũ exponẽdo legẽ ſpiritualiter ac myſtice conuerſurũ corda patrum ad filios:& filiorum ad patres:hoc eſt opere impleturum:ut filii qui legem ſecundũ litterá interpretantur:tum demum eam ſic intelligant.ut ſancti patres eorum intellexerunt.& ideo cũ Xp̃o in tráſfiguratiõe Moſes & Helias recte apparuerunt : ut oſtenderetur uterq; legis ſenſus per Moſem litteralis quẽ iudæi in cæcitate ſequũtur. & per Heliam Myſticus quẽ tenẽt electis Xp̃o conſentire ac teſtimonium ferre:Cõflagraturum orbem:morituros homines:atq; reſurrecturos.Chriſtum in maieſtate uenturum ac appariturum : & de miſericordiæ operibus ſcrutinium habiturũ:bonos in uitam : malos in ignem miſſurum:non dubitamus.Si uero hæc ad plenum ſcire deſideras:q̃d ut facias etiá atq; etiam te hortari non deſino:Auguſtini uigeſimum librum de ciuitate dei frequenter euoluas:ipſe namq; teſtimoniis undiq; contractis litteras noſtras atq; gentiles:uetus inſtrumẽtum atq; nouum excribens ſummo ingenio ſumma diligentia de his luculẽtiſſime diſputauit:hæc ſunt quæ ſi memoriæ tenueris:& frequenter quaſi ruminando meditatus fueris: ægritudinis tuæ moleſtias patiẽtiſſime feres:& cõſtanter

huius uitæ mortalis bona æque ac mala peritura cõtẽnes.

De sacra scriptura & primũ cur sit adeo suadibilis. Cap.xxxii.

m Agnum & mirabile contra corporis dolores & animi tristiciã inuenies ex sacræ scripturæ lectione remediũ: & certe iudicio meo nullus est sermo q̃q̃ sit accuratissime cultus & sũma eloquentia ornatus ac splẽdidus: q̃ mentes ægras magis cõsolari & curas æque possit demoliri: Feci ego p sæpe piculum. nam cum fuerim aliqñ circumuentus multis anxietatibus: quarũ feracissima est turbulenta ista mortalium uita: profugi semp ad codices sacros tanq̃ ad arcem munitissimam: & præsentaneum medicamentum animi laborantis. & qd' in eis quærebatur leuamẽ inueni: nec a spe nec a desiderio meo sum fraudatus: Sæpe numero mecum cogitaui unde tam suadibilis sit ista scriptura: unde tã potenter influat in animos auditorum: unde tantum habeat energiæ: ut non ad opinandũ tantum: sed ad solide credẽdum oẽs inflectat. non est hoc imputandum rationũ euidentiæ quas nõ adducit. nõ artis industriæ aut uerbis suauibus & ad persuadendum accõmodatis: quibus non utitur: Sed uide an id in causa sit ꝙ persuasi sumus eam a prima ueritate fluxisse: sed unde sumus ita persuasi nisi ab ipsa? quasi ad ei credendum nos sua ipsius trahat autoritas: sed unde oro hanc sibi autoritatem uendicauit? neq; enim uidimus nos deum concionantem: scribentem: docentem tamen ac si uidissemus: credimus & tenemus a spũ sancto fluxisse quæ legimus: forsitan fuerit hæc ratio firmiter adhærendi : ꝙ in ea ueritas sit solidior : q̃uis non clarior:

habet.n.oĩs ueritas uim inclinatiuam:& maior maiorẽ: & maxima maximã:Sed cur ergo nõ omnes credunt euangelio? Respõdeo:ꝙ non omnes trahunt a deo. Sed quid longa opus est disputatiõe: firmiter sacris scripturis ideo credimus:ꝙ diuinam inspirationẽ intus accipimus.

Contra philosophos dicentes credere nos scripturæ sacræ propter consuetudinem. Cap:xxxiii.

d Icũt philosophi uirtute cõsuetudinis id effici:etenim ut aiunt illa in quibus fuimus & nati & ab infantia imbuti:& hactenus educati:sic nos afficiunt ut ea relinquere quasi naturalia nõ possimus. Verũ id friuolum.quomodo nãq; proprias ædes:qũo patriã:qũo parentes q nos genuerũt: a quibus his imbuti & educati sumus unq̃ relinqueremus si cõsuetudini tantũ tribuimus? quæ fuit unq̃ cõsuetudo longior:perennior: blãdior:dulcior:q̃ ea q̃ inter parentes & liberos intercessit? & tamen relinquit homo patrẽ & matrem & adhæret uxori suæ. Sed dices id fieri ꝙ omni cõsuetudine natura sit fortior:& quidem id fateor.& erit iste mihi locus ad arguendum:si est cõsuetudine natura ualidior ut obiicitur:cur ergo ratio naturalis quæ fidei non consentit:fidem non frãgit? neq; enim uirginem peperisse & deum concepisse natura ꝑsuasit.immo & dissentit.Cur ergo consuetudinem sicut in abducendis a parentibus liberis: sic & in credendis natura non uincit? Inest ergo scripturis sacris nescio quid: immo scio quid natura sublimius:idest inspiratio facta diuinitus:

& diuinæ irradiationis influxus certus: Quod si & aliarũ religionum hebraicæ & machometanæ exempla produ-xeris: in quibus est assensus qui non diuino influxui: sed imputandus sit cõsuetudini: Respondemus eorũ religiões cõtineri humilia. & nihil fere supra terrena ac humana: quibus credẽdis cũ non multũ natura reluctetur: Cõsuetudo facile opitulatur. nostra uero sunt sublimia: diuina: Cælestia: Creditu difficillima: quibus cum fortior cõsuetudine natura contradicat: necesse est ut inspiratio faueat: Ex quo forte cõcludi nõ immerito possit fidei: spei: & charitatis habitus acquisitos nõ sufficere: sed infusos cũ inspiratione haberi oportere: Non magni ergo mome͂ti ut dicere cœperamus esse nõ possũt uerba: quæ spiritu sancto inspirãte sunt ꝓlata. Vnde me͂tibus multorũ fidelium seu religio seu magis quædam superstitio id faciat: iam dudũ insedit: ut sacrorum uerborũ sensus ad quicq̃ operandum non sufficiat. sed opus esse uerba ipsa in ea qua primum ꝓlata sunt lingua proferri. quod sentire uidet̃ Origenes in primo libro cõtra Celsum dice͂s dæmões uerbis quibusdã linguæ illius ubi loca sortiti sint: a magis coartari: ab alterius linguæ uocabulis sensum eũde͂ facie͂tibus: qua si magum non audiant: nil moueri. habet igitur uitale nutrimentũ uenerãda maiestas sacrarum scripturarũ: ꝓpterea cum audiisset Xp̃s propter parabolã de his quæ intrãtia per os nõ coinquinãt animã. quosdã insipie͂tes a fide recessisse: & ideo apostolis dixisset: nunquid & uos uultis abire? Respõdit Petrus: uerba uitæ habes. ad que͂ ibimus? est in eis uerbis uestita nuditas. multiplex simplicitas. sublimis humilitas. & habilis uniuscuiusq; ingenio subtilitas. est in ea quod rudibus foris patescat. & quod erudi-

tos introrſum adducat.eſt qđ fortiores robuſte exerceat & quod imbecillis ultro ſe exhibeat.

De multiplici ſenſu ſacræ ſcripturæ. Cap.xxxiiii.

ſ Criptura ſacra nullũ putamen hẽt:nihil diminutum nihil ocioſum.ná nó uerba ſolum uerũ & res & facta ſignificant.ſi ſenſum uerborũ attendis:hiſtoriá hés.ſi ſignificantiam rerum aſpicis:ut ꝙ agnus typicus Xp̃m ſignificet: allegoriam uides.Si ad mores referas:ut ꝙ Xp̃s a nobis cũ uirtutum odoribus eſt quærendus:qa ſanctæ mulieres cum aromatibus ad monumẽtũ uenerũt:tropologia eſt:ſi ad Cœlum rem tráſferas: Vt cũ p Hieruſalẽ Cœleſtis patria deſignat̃: anagogiá facis. hñt & hebræi ſenſum hũc quadruplicẽ in ſacris litteris. Litteralẽ appellant peſat.hunc ſicut apud nos Nicolaus Lyra : Sic apud eos Rabi Salomon & Chemei ptractarũt:Allegoricus dicitur midras. Vnde extat midras Rut:& midras cœlet : hoc eſt myſtica rut & eccleſiaſtis expõio.& doctores talmudici hanc ſequunt̃. Tropologicũ appellát Sechel.in quo Abram ab Nazara & Leui bẽ Gerſon & Rabi Moyſes ægyptius deſudarũt. Anagogicus át cabala nuncupat̃:ná expoſitio illa legis tãto uerior q̃to abſtruſior:quá Moſes ab ore dei dicit̃ accepiſſe nõ ex libris diſcebat̃.neq;.n.ſcripta erat:ſed a docente·ſuſcipiebat̃ a diſcipulis tanq̃ res ſacra & hñda inter arcana.Cabala namq; ſuſceptio interp̃tat̃: & hæc expoſitio a litterali ſenſu ad anagogicũ quaſi a terrenis ad Cœleſtia uolare cõtendit.Senſum hũc quaſi aíam legis & uerborũ medullá ne amitteret̃ poſt captiuitatẽ Babylonicã

Esras cōuocatis ſeptuaginta duobus ſapientibus in ſcriptis redegit: & in ſeptuaginta duo uolumina digeſſit: quæ deo pcipiente palam legenda non propoſuit: ſed ſolum legis peritis ac in ſacrarū litterarū ſtudio exercitatis ac ſapientibus uiris communicanda edixit. hos ſenſus Paulus Apoſtolus ſpūm uocat: cum repræhendens iudæos q ſoli litterali innitebantur dicit. littera mortificat: ſpiritus autē uiuificat: Notandum inſup hos ſenſus poſſe Moſis faciē appellari: litteralem autē eſſe uelum ei ſuperpoſitum: quo adhuc iudæorum pſpectus ne ueritatem uideāt: impedit. ppter quod Malachias propheta dixit Heliam Carmelitarum Patrem prophetam magnum & admirabilem ante Xpi aduentum ad iudicium pmittendum: qui ſcripturam ſpiritualiter exponens & uelum a facie Moſis detrahens patrum ad filios corda cōuertat: ſenſus hos myſticos credimus Xpm tradidiſſe diſcipulis: cum (ut ſcriptum eſt in euangelio) aperuit eis ſenſum: ut ſcripturas intelligerent: de his etiā intellexit cum dixit ſcrutamini ſcripturas. ipſæ teſtimonium phibent de me. ſed ideo defecerunt ſcrutantes ſcrutinio: qa qđ erat in ſenſu: quærebāt in textu. q uero ad hos ſenſus ſit recurrendum: docet ipſe Xps: qui ſere ſemper myſtice loquebatur: ut in parabolis eius manifeſtatur: cum igitur eodem ſpiritu quo Xps loquebatur data lex fuerit: innuitur q ſic quærenda ſit ueritas in uerbis legis: ſicut modo quærítur in xpi parabolis.

Quod & cur ſcriptura ſacra Arcæ legis comparatur. Cap. xxxv.

ſ Criptura ſacra fœderis arta eſt intus & foris deaurata: aurum interius Charitas in Deum: aurum exterius dilectio eſt in pro-

ximum.In arca tria ſunt.Lex Dei:uirga Aaron: & Manna. Lex docet quid agendum:a quibus cauendum : dat præ-cepta moralia:quæ quia ſunt de lege naturæ:in ſua adhuc maieſtate perdurãt.dat præcepta cerimoniarum hoc eſt ſacrificiorum.Veteres.n.ſacra Cerimonias appellabant.hæc quia Chriſti:quod uerum eſt ſacrificium erãt figura:Chriſto ueniente Ceſſauerunt:& quia ſunt in melius commutata:dici deſtructa & ſoluta non debent:Non enim uenit Chriſtus ſoluere legem:ſed adimplere:& ut ſupradictum eſt conſumare.At qui in melius commutat non ſoluit:ſed quod minus erat:quod incohatum:quod uacuum : ſupplet: perficit & adimplet. pro omnibus enim antiquæ legis ſacrificiis unicum Chriſti ſacrificium nos habemus: & ꝙ Chriſtus ille agnus ſit quem iudæi quinta decima Martii Luna paſchalibus ſolenniis offerebant. Ioannes Baptiſta a littera ad ſpũm hoc eſt ad ſenſum tranſiens allegoricum:manifeſtat cum inquit.Ecce agnus dei:Ecce qui tollit peccata mundi:ac ſi diceret non ille agnus animal brutum ut uerborum textus : ſed iſte ut innuit ſpiritus & ſenſus ſaluare nos poteſt:Dat inſuper iudiciorum præcepta: quæ ſi placent:obſeruare permittimur: dummodo nõ putemus ea ueteris inſtrumenti autoritate ſeruanda. Nam quoad hæc inſtrumentum illud eſt antiquatum:reſciſſum abrogatum:ſed ſi ex re eſſe uideatur denuo ĩſtitui & pro legibus haberi non uetitum:quod ſi fiat:debebunt obſeruari & pro legibus haberi:uimq; ut diximus non a ueteri inſtrumento ſed a nouo ſortientur inſtituto : Item in arca eſt uirga quia in ſcriptura ſacra eſt imperium quo regimur : cuius autoritas deſcendens a Chri-

ſto in ſummum pontificem transit : a pontifice in imperatorem .Pontifex enim eſt mediator Chriſti.& hominum.nam Regnum chriſtianorum magis eſt ſacerdotiũ dicendum q̃ imperium:dicente Petro apoſtolo genus electum:regale ſacerdotium:Quare pontificatus non in locum imperii ſubrogatus:ſed imperio eſt ſuppoſitus : ut a pontificatu regatur imperium.& quod pontificatus ſanctitas faciendum arbitratur:imperatoria maieſtas exequatur.Vnde & duplex eſt gladius:unus ſpiritualium qui eſt pontificis.alter temporalium:qui pontifici & imperatori eſt communis.Sed habet eum pontifex in uaginam conuerſum:Imperator uero tenet manu ſtrictum.in uaginam conuerſus eſt autoritatis poſſeſſio:manu autem ſtrictus autoritatis exequutio.uterq; a Chriſto pontifici: alter a pontifice datur imperatori.Virga hæc aliquando florẽs: aliquando arida:aliquando mollis:aliquando dura.noſtræ enim gẽtis imperium nunc humile:nunc ſublime:nũc flexibili & lenta:nunc ferrea & rigida utitur poteſtate: quia non nunq̃ iuſticia ſeuerius agit:nonnunquam æquitas in clæmeutiam & miſericordiam mitius dulceſcit :cum floret autem nõ terreni roris:ſed diuinæ uirtutis id opus eſt.nam Chriſtianæ gẽtis imperium cæleſte non humanũ egit arbitrium:Item i arca eſt manna:quia ſcriptura ſacra ſpe futuræ uitæ & cæleſtium bonorum promiſſione in huius uitæ deſerto nos paſcit:donec extĩcto Moſe Ieſus alter dux in terram repromiſſionis inducit:Teſtamentum uetus myſteriis ac figuris eſt refertum:quarum multæ iam diu intellectæ : multæ quottidie reuelantur : multæ in futurum ab eodem ſpiritu qui eas condidit docendæ

ſeruantur: Recitat Plinius de hiſtoria naturali libro octa
uo capite.xx.uenenatis pabulis Cynare herba ceruos me
deri: pcuſſos a phalangio quod eſt aranei genus:cancros
comedere.Cũ uulnerati ſunt:dictami paſtu ſagittas eiice-
re.hirundines uexatos pullorum oculos Chelidonia ſana
re.Muſtelam in murium uenatu ruta ſe fouere: anguẽ hy-
berna latebra uiſu obſcurato herbæ marathro ſeſe affri-
cantem oculos reparare.Elephantem cameleonte deuora
to qui herbæ eſt concolor:oleaſtri foliis ueneno occurre
re.' Quemadmodum his & aliis animalibus remedia mor
borum dantur a natura:ſic nobis a deo contra ſpirituales
morbos data eſt ſcriptura:dicente Paulo. Quæcũq; ſcrip-
ta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt:ut per patien-
tiam & conſolationem ſcripturarum ſpem habeamus:Pri
mo igitur loco ſcriptura ſacra tibi legenda eſt : Secundo
doctorum codices approbati:Tertio philoſophi:qui de
moribus diſputant & poetæ graues:qui mira eloquentiæ
ſuauitate philoſophiæ ſeueritatẽ condiunt:ſupcilium po
nunt.frontem caperatã extendunt.& ueternoſum ei ſeniũ
auferentes uenuſtatis gratiam & iuuenilem quendã deco
rem inducunt:nihil.n.eſt aliud uera poeſis q̃ philoſophia
quædam myſtica:fucata:ĩterpolata:Quarto hiſtoriæ.hac
ſpiritualium ciborum uarietate refectus in hac pulchra ac
ſancta ſupellectile conſtitutus potes omnem & ægritu-
dinis & uitæ perferre moleſtiam.

De ſanctorum mutatione. Cap.xxxvi:

e Xempla fortitudinis:ac patientiæ:ſpei:longa
nimitatis:& perſeuerantiæ frequenter legẽda
ſunt:& ſemp hñda eſt ante oculos ſanctimo

nia cõfessorũ:pudicicia uirginũ:cõstãtia Martyrũ.hoc sit speculũ ad qđ animæ tuæ quæ sponsa est Xp̃i:caput ami- cias: faciem linias: sinum exornes : ut in uestitu deaurato Charitatis circundata uarietate uirtutum cum huius uitæ nox præcesserit:& æternæ uitæ dies illuxerit:ambulare ho neste ualeat inter triumphales choros paradisi & hñs ue stem nuptialẽ possit æternis adessẽ cõuiuiis.bona illa Ro manorum antiquitas quæ uirtutũ lapidibus orbis terrarũ fundabat imperiũ:ut ad imitandum iuuenes prouocaret: pangebat in conuiuiis egregia maiorum facinora cõpræ- hensa carminibus:Simili officio Religiosi oẽs & nos p̃- cipue:cũ cibo reficimur : semp unum e nobis contentiose legentẽ oẽs auscultamus:& cum silentio comedentes ere- ctis ad cõcionantẽ nõ oculis: sed mentibus fere semp aui dius sumimus aiorũ ad mẽsam alimenta q̃ corporũ: & cer te iudicio meo pẽdet hinc magna pars religiosæ uitæ.qđ .n.est aliud cõmunis hæc lectio q̃ uiciorũ extirpatio spũa lis ꝑfectus exhortatio: & quædã generalis uirtutum irri- gatio?Cõuerte ergo mẽtẽ ad cõtẽplanda gesta sanctorũ : & quasi tuã ꝑtesus ignauiã ꝙ nihil adhuc egeris uiro di- gnũ:mitte manũ tuã ad fortia. & uigorẽ elationẽ ac subli mitatẽ illorũ æmulare. Cũ uideris in pueris ut in Vito:in fœmineo sexu:ut in Catharina:in paganis ipsis qui deum ignorabant:tantarũ expimẽta uirtutũ:pudebit te:q uir qui Xp̃ianus es:cui cœlũ in hæreditatẽ ꝑmittit:unã ægritudi- nẽ ferre nõ posse Lege Regũ libros:iuenies Regẽ Dauid in aduersis oibus quæ multa ꝑpessus est:patientẽ:piũ:mi- tẽ:lõganimẽ & a dei timore nũq̃ discedentẽ.& in psalmo dicit. Ego ãt i flagella paratus sum:& factus sum sicut hõ nõ audiẽs:& nõ hñs in ore suo redargutiões:qm̃ i te dñe


ſpaui:tu exaudies me dñe deus meus. Lege Ezeciã regẽ in lecto iacentẽ cũ lachrymis cõuerſum ad parietẽ qndecim uitæ ac ſanitatis ãnos ĩpetraſſe:In ſcd'o Maccabæorum re peries Matrẽ cũ ſeptẽ filiis ꝑ paternis legibus tyrãno re ſiſtere.& cõtẽplatus aĩum in fœmina pluſq̃ uirilẽ ne habe re iudiceris ĩ uirili corpore aĩum fœmineũ: fortius niſi fal lor eniteris.De noſtris hoc eſt de xp̃ianis nihil dixerim : Sunt.n.oĩa huiuſmodi exẽplorũ plena uolumina:& xp̃ia næ uitæ regula eſt mala pati:& mala nõ reddere.pſectiõis noſtræ ſũma hæc eſt:pcutiẽti unã maxillã p̃bere & alterã : auferenti tunicam donare & palium.

De aſſidua dei deprecatione. Cap.xxxvii.

[S]Upereſt ut deo ac dei amicis aſſiduis ſuppli cationibus te commendes : & ut amici Iob ægrotanti cõſulebant ad ſanctorũ aliquem conuertere.Sic futurũ eſt ut ſaluis mercibus & naui:uelis paſſis: uentiſq; ſecundis cũ magno meritorũ ꝓuẽtu ac fœnore portũ ſẽpiternæ q̃etis itroeas.Quã tibi mihiq; cõcedat pater miſericordiarũ & deus totius cõſo latiõis: q̃ cõſolet nos in oĩ tribulatiõe noſtra. Amen

Hæc hũi de tenui facultate meæ penuriæ q̃ diuturnæ no ſtræ Amiciciæ & mutuæ charitatis officio dederim.Tu ex ingenii tui fertilitate ac copia:ex laboris tui opera ac ĩduſtria ꝯqres plura atq; meliora: q̃ his noſtris adiũcta tibi ad Cœleſtẽ patriã ꝑpãti erũt ꝑ uehiculo. Vale.

Impreſſum Brixiæ p Bernardinũ Miſintam Papienſem iii.Cal.Iunias.Anno Theogoniæ.M.cccc.xcvii.



Ioãnis Taberii Brixiani ad Heliam Capreolum amicorũ optimum Antigraphia.

Poſtquam plena malis ſubierunt tempora:noſq;
Scyllæis lacerat ſors truculenta uadis:
Nec ſperare ſinit portum temeraria bello
Romanum totiens Gallia paſſa iugum:
Vincere ſi quiſquam cupit inſuperabile fatum:
Naturamq; animo ſuppoſuiſſe ſuo:
Et quaſi de cœlo mortalia temnere:uimq;
Fortunæ:atq; omnem pellere corde metum:
Hæc legat:& ſacri ſeruet documenta libelli.
Quem dedit Ocniacæ fama ſecunda tubæ.
Impetrat ut lætus ſubeas:quodcunq; neceſſe eſt:
Paruaq; in æternum uertere damna bonum.
Ille etiam noſtri mala temporis:ille Roberti
Fata ducis cecinit:Partheniceſq; duas.
Et quæ Socraticis certent Epigrammata chartis:
Multiplicem uitiis impoſitura modum.
Mox dabit hiſpani carmen ſublime triumphi:
Pulſaq; ab occiduis numina uana locis.
Cinge tuo Andinas Vati pia Mantua lauros:
Seu pede:Cadmea ſeu notat ille manu.
At tu tantarum fautor iuſtiſſime laudum:
Vt tua:qui ſummi carmina uatis amas:
Hunc tantum placido:ſophiæ Decus:aſpice uultu
Capreole:auſpiciis exerit ora tuis.
Nam quid opus clypeo? ſacris procul omnis abeſto
Zoilus:in ſanctos nil mala lingua poteſt.
Gloria uiuenti comes inuiolata:ſepulto
Atria cælicolum meta laboris erunt.

τελοσ.

